DE INFINITIVO HOMERICO.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

ET

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXV. M. MAII A. MDCCCLXVII, HORA XI

IN AULA LEOPOLDINA

PUBLICE DEFENDET

GUSTAVUS ENGLICH,

POSNANIENSIS.

ADVERSARII ERUNT:

H. WALTHER, DR. PHIL. M. BEYER, CAND. PHIL.

G. KUEHN, CAND. PHIL.

VRATISLAVIAE.

TYPIS F. W. JUNGFERI.

881
H87en

THESES.

I. Qui disciplinas philologicas superiorum gymnasii ordinum discipulis via et ratione tradendas esse contendunt, consilium et rationem gymnasiorum parum spectant.

II. Προπαιδείας philosophicae in gymnasiis maiorem, quam fieri solet, rationem habendam esse censeo.

III. Historicum, qui philosophiam historiae non cognoverit, Ariadnae filo destitutum in labyrintho rerum gestarum errare contendo.

IV. Syntaxis Homerica minus, quam par est, pro fundamento syntaxis linguae Graecae habetur.

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign Alternates

https://archive.org/details/deinfinitivohome00engl

Caput omnis disputationis de infinitivo instituendae ea in re versatur, cuinam orationis parti infinitivus tribuendus sit, cum iam grammatici veteres hac in re discesserint et nostrae aetatis viri docti alii aliter iudicent. In universum autem sententiae de infinitivo prolatae ita discrepant, ut alii eum ad nomen, alii ad verbum referendum esse putent; tertia enim sententia, qua infinitivus inter adverbia recipitur, quamquam iam veteribus[1]) nota erat et recentiori quoque tempore[2]) denuo defendebatur, a viris doctis fere prorsus praetermissa est.

Nomini infinitivum qui adscripserunt, ad hanc rem adducti sunt aut ea re, quod infinitivum cum articulo coniunctum aliter non facile explicari posse censebant[3]), aut cum in terminationibus infinitivi signa sive locativi[4]) sive dativi[5]) sive casus alius[6]) inesse arbitrarentur. Verbo contra eum tribuerunt, qui non tam formam spectabant, unde hucusque nihil certi concludi potuerit, quam naturam, quae ex usu intellegitur[7]).

---

[1]) Cf. Apollon. Dysc. de synt. III. 13.

[2]) Hermann, de em. rat. gr. gr. pag. 174.

[3]) Tryphon ap. Apollon. de synt. III. 13; M. Schmidt, de inf. in progr. Ratibor. anni 1826.

[4]) Curtius, de nomm. formatione p. 58 et Erläuterungen zu mein. gr. Schulgr. p. 186. Schleicher, Compendium p. 335.

[5]) Bopp, Vergleich. Grammatik III. 323: Leo Meyer, d. Infinitiv der hom. Spr. Diss. Götting. 1856.

[6]) Bopp, Ueber d. Conjugations-System etc. p. 70 sq.

[7]) Stoici ap. Apollon. Dysc. I. 8; Theodorus Gaza, εἰσαγωγῆς βιβλ. δ, s. t. ἀπαρέμφατος, Priscianus ed. Putsch. p. 819 sq., Scaliger

Fuerunt quoque, qui medium quasi locum tenerent, cum propter formam infinitivum nomini propter significationem verbo adiudicarent[8]).

Supersedeo equidem sententias singulas in iudicium vocare, id spectans, ut, quantum fieri poterit, eam, quam ego amplector, sequentibus explicem.

Lingua ὄργανον est cogitandi[9]), ut oculus ὄργανον videndi et auris ὄργανον audiendi; atque ut sensus ipsi, sic per illos lingua hominem cum natura coniungit[10]). Sensibus enim percipiuntur res existentes, forma praeditae, cogitatione ita concipiuntur, ut forma earum omittatur. Inter res sensibus perceptas et res cogitatione conceptas intercedit, quasi naturam sensibus perceptam in naturam cogitationi obiectam transferens lingua, quae efficit, ut id quod sensibus percepimus, voce reddamus. Cogitationes igitur proxime ad voces referuntur, vocibus ad perceptiones, perceptionibus ad res ipsas. Res vero ipsae cognoscuntur aut tantum substantialitate praeditae, aut etiam causalitatis (sit venia verbis!) compotes; apparent aut tanquam substantiae aut tanquam causae. Ut substantias experimur res propter earum quantitatem, tanquam causas eas agnoscimus ex ipsarum effectu, qui ex qualitate proficiscitur.

---

de causs. l. l. cap. CXVII. W. v. Humboldt, Schlegels ind. Bibliothek vol. II. p. 71 sqq., Schoemann, die Lehre von d. Redetheilen, praec. p. 45 sq. Haase, in scholl. de gramm. lat. habitt.

[8]) Apoll. Dysc. de synt. I. 8; de adverbio, in Bekkeri Anecdotis Gr. p. 539; aliis locis infinitivum quidem ὄνομα ῥήματος appellat, sed de syntaxi III., 13, ubi de eis rebus, quae ad naturam verbi pertinent agit, (τούτων) πάντων, ait, μετέλαβε τὸ γενικώτατον ῥῆμα, λέγω τὸ ἀπαρέμφατον.

Atque pari modo Bernhardi, quamquam pag. 165 libri, cui inscriptum est: Anfangsgründe der Sprachwissenschaft (ed. alt.) dicit: Jeder reine Infinitiv ist nie und an keiner Stelle etwas Anderes als Substantiv cet., tamen pag. 205 s. n. 11; infinitivum exprimere contendit: ein blosses ununterscheidbares Fliessen der Handlung, et etiam p. 166 s. n. 7; postquam modo explicuit, infinitivum esse substantivum abstractum, addit: Als ein solches hat er keinen Pluralis, wohl aber erhält er einen Artikel als Zeichen der Substantialität, damit aber der Infinitiv seinen Verbalcharakter behalte, so ist er indeklinabel. Itaque summa doctrinae Bernhardianae comprehenditur p. 163 verbis; der Infinitiv, Beweglichkeit, Leben und Ausdehnung in der Zeit in substantiver Form.

[9]) Steinthal, der Ursprung der Sprache, p. 120.

[10]) W. v. Humboldt, Einleitung in die Kawi-Sprache p. 66 sq.

Perceptiones substantiarum, id quod ex definitione sequitur, accipimus per spatium, effectus cognosci non potest nisi tempore. Quodsi lingua vocibus perceptiones sensuum reddit, necesse est utrumque genus separatim significet. Atque hoc assecuta est duabus illis vocum categoriis conformandis, nominum dico et verborum[11]). Nomen igitur comprehendit signa, quibus constat substantia, verbum contra rationem, qua substantia .quaedam sive ad substantias alias sive ad se ipsam refertur i. e. actionem, significat.

Quibus praemissis si quaerimus, utri orationis parti conveniat infinitivus, res haec non difficilis videtur esse diiudicatu. Si enim nomen esset substantivum, ante omnia postularetur, ut eius notio, substantiae vices obtinens, etiam lingua exprimeretur, i. e. locum subiecti logici teneret. Hoc vero adeo non fit, ut infinitivus solus apud Graecos nunquam nisi praedicati logici munere fungens inveniatur. Nam etiam in sententiis, quales sunt H, 282: ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι, infinitivus tantum secundum leges grammaticas subiecti loco versatur, id quod ea apparet ex re, quod simulatque per conexum sententiarum efflagitatur, ut infinitivi notio ad substantiam, unde proficiscitur, referatur, accusativum subjecti adsciscit, non genetivum. Insunt enim in sententiis his nil nisi accusativi cum infinitivo, quorum infinitivus, cum subiectum vel prorsus generale vel ex conexu perspicuum sit, accusativo subiecti destitutus invenitur. Hinc igitur sequitur, ut infinitivus substantivum, etiamsi cum Bernhardio abstractum appellare velimus, esse non possit; nam in substantivis abstractis tantum genus mutatur substantiarum, quae significantur. Mirum etiam esset, cur lingua nomina abstracta, quae dicuntur verbalia, effecisset, nisi discrimen intercederet inter haec et infinitivum. Nam quamvis lingua copiae et abundantiae faveat formarum diversarum, nulla tamen opera supererogata suscipit. Ποίησις et μάθησις non continent easdem notiones atque ποιεῖν et μανθάνειν, cum verbis his actiones per momenta quaedam durantes significentur, substantivis vero illis notiones actionum uno illorum momentorum concipiantur itaque, cum tempus non nisi succedentibus momentis comprehendatur, temporis expertes cogitentur. Sic enim tantum fieri potuit, ut ποίησις et μάθησις, cum notionem verborum ποιεῖν et μανθάνειν tempore vacuam exprimant, etiam effectum, quem momento illo, quo actio mente concipiebatur, substantia, de qua praedicantur, assecuta erat,

---

[11]) Aristoteles, poetic. 20, 9 et scholiasta ad Dion. Thracem, anecd. Bekk. p. 843.

comprehenderent itaque non solum notionem verbi abstractam, sed etiam rem illo temporis momento effectam indicarent, substantiam actione faciendi vel discendi perfectam sive partam.

Exemplo vero, quod summi iis momenti esse videbatur, qui infinitivum substantivum esse volebant, K, 174, si totam loci condicionem accuratius consideraverimus, tantum abest, ut infinitivi natura substantiva probetur, ut miro quodam modo doceatur, quam acute Homerus discrimen, quod inter substantiva abstracta et infinitivum intercedit, senserit et quam accurate et subtiliter utraque distinxerit. Graeci a Troianis victi summis in angustiis versantur, ita ut ipse Agamemno consilium fugae cum proceribus communicarit. A turpi incepto per Diomedem et Nestorem revocati, iamnunc constituunt, ut honeste mori quam cum infamia vivere malint. Cum et Graeci et Troiani novam pugnam parent, discrimen mox in apertum veniet, et hoc in statu Nestor eloquitur verba:

νῦν μὲν γὰρ πάντεσσι ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς
ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς ἠὲ βιῶναι.

Agitur, ait, nunc de sorte nostra, quam fortuna mox in libra sua pendet, ense tanquam examine adhibito. Sors nostra vero, ut ipsi constituimus, aut mors erit aut vita. In altera igitur librae lance positi sumus cum morte, in altera cum vita. Illa si deprimitur, sequitur, ut nos ipsi mortui i. e. actionis expertes simus, altera contra depressa efficitur, ut viventes i. e. actione praediti permaneamus. Atque hanc sortis instantis diversitatem aptissime mihi videtur expressisse poeta, cum vocibus ipsis eam quasi depingeret.

Iam ex verbali infinitivi natura sequitur, ut accuratior infinitivi definitio non nisi adverbiis effici possit i. e. casibus obliquis nominum sive vicariorum eorum, pronominum. Cum enim actio unaquaeque non nisi substantiis definiri possit, elucet, verbo quoque nullam aliam definitionem adiunctam esse posse, nisi substantivum sive eius vicarium.

Ex eadem infinitivi vi atque indole etiam apparet, infinitivum semper casum regere, quem verbum finitum, vel potius vice versa verbum finitum eundem postulare casum, quam infinitivum. Nam si quaeritur, qualis verbi pars sit infinitivus, facere non possum, quin cum Apollonio Dyscolo (de synt. III. 13) et Stoicis dicam, esse eum ῥῆμα γενικόν sive γενικώτατον. Omnes enim formae verbales, quae praeter eum effectae sunt, nihil continent nisi verbum ipsum, quod per παρακολουθήματα sive παρεπόμενα ad verbi naturam non pertinentia, verbum finitum factum est. Quid, quod etiam diversa infinitivorum tempora paulatim tantum formata sunt? Primo enim homo linguam discens nihil percipit nisi substantias et substantiarum actiones

praesentes. Atque tunc sufficiunt substantivum et infinitivus praesentis, id quod liberi satis superque docent. Posteaquam vero ex homine conscio homo sui conscius factus est, etiam postulatur, ut formarum linguae maior copia oriatur, itaque paulatim significationibus personae temporis relativi, modi cum verbi stirpe coniunctis, ea formarum abundantia extitit, quam praecipue in verbo Graeco tantopere admiramur.

De forma infinitivi Homerici.

Quodsi iam ad infinitivum Homericum transgredimur, de quo scribere mihi proposui, fieri non potest, ut eius usum complectar, priusquam formam explicui. Atque hoc eo magis postulandum est, cum, si omnino ex infinitivi forma de eius natura aliquid concludere velimus, id, quod ad linguam Graecam pertinet, ante omnia ex formis Homericis colligendum sit. Equidem hanc rem persequens, ventis utor secundis, cum ea opera supersedere possim, in terminationibus infinitivi signum quaerere casus cuiusdam, cui usus infinitivi ipsius conveniat, qua in re grammatici comparativi hucusque nihil aliud profecere, nisi ut fateantur, casum etiam incertum esse[12]).

Meum igitur tantum erit demonstrare, quomodo diversae, quae apud Homerum inveniuntur infinitivi formae, ad communem unde redundarint, fontem referri possint. Ex iis, quae supra disputata sunt, primum sequitur, in infinitivo duas necessario inesse partes, quibus eius forma constet i. e. radicem et suffixum, cum, simulatque duae disiunctae sunt vocum categoriae, etiam signa ut essent postularetur, quibus voces discrepantes cognoscerentur. Per se porro intellegitur, cum diversa verbi genera orta essent, etiam signa diversa, quibus genera verbi significarentur, efficerentur necesse fuisse. Genus verbi vero, cum proprie duplex tantum esse possit, sive actio substantiae subiectae in substantiam aliam transfertur sive in subiectum refertur, duplex etiam terminatio primo tantum necessaria fuit. Atque has duas terminationes equidem agnosco in formis μεναι et σθαι. Illam vetustiorem esse iam inde sequitur, quod homo conscius homini antecedit sui conscio. Quod non esset cur adderem, nisi hinc variae mihi formae explicari posse viderentur, in quas mutata terminatio μεναι

[12]) Curtius, Erläuterungen pag. 186.

invenitur, cum terminatio σθαι non nisi legibus phoneticis coacta formam mutavit.

Decursu temporis vero, cum non solum tempora secundum rationem, qua ad tempus personae loquentis relata erant, significarentur, sed etiam actio ad idem tempus pertinens, sive persona loquens rationem quandam inter se et illam intercedere, sive eam sibi tantum oppositam esse enuntiabat, diverso modo lingua redderetur, fieri potuit, ut una illa utriusque verbi generis terminatio ad diversa et varia tempora indicanda non sufficeret; itaque in activo praeter terminationem μεναι altera nobis obvia fit, quam a terminatione μεναι haud quaquam derivare possumus, dico terminationem aoristi primi αι. — Tria igitur formarum genera nobis consideranda erunt, quorum primum quidem omnes amplectitur infinitivos activorum temporum, excepto aoristo primo, incluso vero, qui secundum etymologiam huc pertinere videtur[13]), aoristo primo et altero passivi; tertium reliquos medii et passivi infinitivos comprehendit.

Quodsi ad primam accedimus speciem, suffixum μεναι stirpi temporis ita adiectum est, ut index et suffixum aut simpliciter consociarentur aut inter utrumque vocalis, quam vocant copulativam »ε« intermitteretur. Lex vero secundum quam vocalis illa aut intermissa aut spreta est, brevibus ita definitur, ut omnes stirpes, quae in consonantem exeunt, eam adsciscant, contra quae vocali concluduntur, eam aspernentur. Ad prius genus etiam pertinent verba, ut ὀπυίω, ἀκούω, βασιλεύω cet. cum in his vocales »ι« et »υ« locum excisae semivocalis j sive F obtineant, et verbum ζώ-ω, in quo haud scio an prius »ω« eiecta litera semivocali productum sit.

Atque primum quidem »ε« copulativum adhibitum est in praesentis temporis infinitivis his:

in Iliade: ἐριζ-έ-μεναι, A, 277; ἀλεξ-έ-μεναι A, 590; πιν-έ-μεναι, Δ, 346; ἀμυν-έ-μεναι, E, 486; ληγ-έ-μεναι, I, 257; πολεμιζ-

---

[13]) Tempora aoristi passivi serum demum exorta esse, inter omnes constat grammaticos comparativos, et cum forma a ceteris passivi et medii formis prorsus aliena sit, et eam propter rem, quod nulla linguarum indogermanicarum ceterarum tempora extent, quae eadem analogia obstricta sint. Non idem dici potest de etymologia. Rossbach, prof. ill. in scholl. de gramm. gr. habitis nos docuit, aoristum II. passivi constare ex mera verbi stirpe et praeterito verbi substantivi εἶναι, eiusque significationem propriam esse intransitivam, aoristum I. compositum esse ex eisdem partibus, interiecta autem litera »θ,« ex qua cum significatio eius in verbo formando sit passiva, ut verba demonstrent πλήθω, φλεγέθω cet., deducenda sit vis aoristi primi passiva.

ἑ-μεναι, I, 337; ἐρεσσ-έ-μεναι, I, 361; διδασκ-έ-μεναι, I, 442; φυλασσ-έ-μεναι, K, 312; φευγ-έ-μεναι, K, 359; ὀπυι-έ-μεναι, Ξ, 268; ἑλκ-έ-μεναι, Σ, 156; ἀρχ-έ-μεναι, Υ, 154; τριβ-έ-μεναι, Υ, 496; δαϊζ-έ-μεναι, Φ, 33; ὀαριζ-έ-μεναι, X, 127; ἐσθ-έ-μεναι, Ω, 213.

in Odyssea: ἐσθ-έ-μεναι, β, 75; ποντοπορευ-έ-μεναι, ε, 277; νηχ-έ-μεναι, ε, 375; φυλασσ-έ-μεναι, η, 93; ζω-έ-μεναι, η, 149; πεμπ-έ-μεναι, η, 227; ἀειδ-έ-μεναι, θ, 73; παυ-έ-μεναι, κ, 22; ἀτιταλλ-έ-μεναι, λ, 250; ἀκου-έ-μεναι, λ, 380; κατισχ-έ-μεναι, λ, 456; ἀγορευ-έ-μεναι, ν, 327; διωκ-έ-μεναι, ο, 278; ἑλκ-έ-μεναι, σ, 12; μισγ-έ-μεναι, υ, 203; ἰσχ-έ-μεναι, υ, 330; ἀμυν-έ-μεναι, χ, 214; θειν-έ-μεναι, χ, 443; εὑδ-έ-μεναι, ω, 255.

Una tantum forma hic excipienda est, et quidem ἔδ-μεναι, quae, etsi a stirpe ἐδ- derivatur, vocalem copulativam tamen sprevit, cf. Δ, 345; ι, 476. Sed si comparamus unicum perfecti exemplum, quod huc pertinet ἴδ-μεναι N, 273; δ, 200; et infinitivum praesentis ἔμ-μεναι, A, 117; α, 33; cuius stirps »ες« apparet in ἐσ-σι, ἐσ-τι, ἐσ-μεν, haud scio an coniecturam facere liceat. Stirps enim in unaquaque illarum formarum tam exigua est, ut si terminatio μεναι etiam vocalem copulativam accivisset, illa in pronuntiando propter gravitatem et momentum terminationis prorsus fere evanuisset. Quae cum ita essent, vocali copulativa non assumpta, dura consonantum δ-μ, μ-μ concursione effectum est, ut syllaba stirpis efferretur. Atque accessit etiam, quod causa huius rei in metro posita erat, cum formae ἐδ-(έ)-μεναι, ἰδ-(έ)-μεναι, ἐσ-(έ)-μεναι propter tres syllabas breves sese excipientes metro non convenirent.

Infinitivi futuri quorum stirps propter etymologiam semper desinit in consonantem, omnes acceperunt vocalem copulativam. Exempla extant.

in Iliade: οἰσ-έ-μεναι, Γ, 120; δωσ-έ-μεναι, K, 393; θησ-έ-μεναι, M, 35; περησ-έ-μεναι, M, 200; σαωσ-έ-μεναι, N, 96; ἀξ-έ-μεναι, Ψ, 50.

in Odyssea: δωσ-έ-μεναι, δ, 7; κελευσ-έ-μεναι, δ, 274; οἰσ-έ-μεναι, θ, 399; ῥαισ-έ-μεναι, θ, 569; πεμψ-έ-μεναι, κ, 484; μεθησ-έ-μεναι, π, 377; θησ-έ-μεναι, υ, 394; ἀξ-έ-μεναι, ψ, 221.

Aoristus secundus exempla huc pertinentia exhibet

in Iliade: ἐλθ-έ-μεναι, A, 151; εὑρ-έ-μεναι, B, 343; εἰπ-έ-μεναι, H, 375; ἀλαλκ-έ-μεναι, P, 153.

in Odyssea: ἐλθ-έ-μεναι, γ, 233; εὑρ-έ-μεναι, δ, 374; εἰπ-έ-μεναι, δ, 682.

Iam pervenimus ad eos infinitivos, in quibus suffixum μεναι stirpem temporis sequitur, vocali copulativa non adhibita, quia index stirpis vocali efficitur. Atque praesentis temporis exempla extant

in Iliade: ἔ-μεναι[14]), Γ, 40; ἴ-μεναι, Υ, 32; διεξί-μεναι, Ζ, 393; ἱέ-μεναι, Χ, 206; μεθιέ-μεναι, Ν, 114; ζευγνύ-μεναι, Γ, 260; ὀρνύ-μεναι, Ρ, 546; ἅ-μεναι, Φ, 70; κιχή-μεναι, Ο, 274; καλή-μεναι, Κ, 125; γοή-μεναι, Ξ, 502; φορή-μεναι, Ο, 310; φιλή-μεναι, Χ, 265; τιθή-μεναι, Ψ, 83.

in Odyssea: ἔ-μεναι, α, 385; ἴ-μεναι, σ, 341; ἐξί-μεναι, λ, 531; ἀή-μεναι, γ, 176; ποθή-μεναι, μ, 110; πενθή-μεναι, σ, 174; πεινή-μεναι, υ, 137; ἁγινέ-μεναι, υ, 213.

Tempus perfectum hanc infinitivi formationem exemplis Iliadis probat his:

ἑστά-μεναι, Λ, 410; παρεστά-μεναι, Ο, 255; τεθνά-μεναι, Ω, 225.

Odysseae: ἑστά-μεναι, χ, 121; παρεστά-μεναι, δ, 827; ἐφεστά-μεναι, ω, 380; τετλά-μεναι, ν, 307.

Aoristi secundi infinitivi huc pertinent ex Iliade:

δό-μεναι, Α, 98; θέ-μεναι, Β, 285; ἐπανθέ-μεναι, Φ, 535; ἐνθέ-μεναι, Ω, 646; κτά-μεναι, Ε, 301; κατακτά-μεναι, Γ, 379; ἀποκτά-μεναι, Υ, 165; γνώ-μεναι, Β, 349; δύ-μεναι, Ζ, 185; καταδύ-μεναι, Γ, 241; παραδύ-μεναι, Ψ, 416; βή-μεναι, Ι, 275; ἐπιβή-μεναι, Ι, 133; καταβή-μεναι, Μ, 65; στή-μεναι, Ρ, 167; ἀνστή-μεναι, Κ, 55; οὐτά-μεναι, Φ, 68; ἁλώ-μεναι, Φ, 495; ξυμβλή-μεναι, Φ, 578.

ex Odyssea: βή-μεναι, θ, 518; ἀναβή-μεναι, α, 210; διαβή-μεναι, δ, 635; ἐπιβή-μεναι, η, 196; καταβή-μεναι, κ, 432; δό-μεναι, α, 317; γνώ-μεναι, α, 411; θέ-μεναι, δ, 297; ἐνθέ-μεναι, δ, 299; στή-μεναι, ε, 414; οὐτά-μεναι, ι, 301; κτά-μεναι, κ, 295.

Huc denique referendi sunt aoristi passivi infinitivi, quorum qui aoristo primo tribuendi sunt, in Iliade sunt hi:

ὁμοιωθή-μεναι Α, 187; ἀριθμηθή-μεναι Β, 124; διακρινθή-μεναι Γ, 98; μιχθή-μεναι Λ, 438; ἀολλισθή-μεναι Ο, 588.

in Odyssea: ὁμοιωθή-μεναι, γ, 120; πειρηθή-μεναι, θ, 213; ἀεικισθή-μεναι, σ, 222.

Alteri vero passivi aoristo adscribendi sunt

in Iliade: ἀλή-μεναι, Ε, 823; δαή-μεναι, Ζ, 150; μιγή-μεναι, Ζ, 161; ῥανή-μεναι, Ι, 240; δαμή-μεναι, Κ, 403; καή-μεναι, Ψ, 198; ταρπή-μεναι Ω, 3.

in Odyssea: τερσή-μεναι ζ, 98; δαή-μεναι, ν, 335; ἀρή-μεναι, χ, 322; ταρπή-μεναι, ψ, 346.

Sed terminationem μεναι, quae haud scio an gravior et pronuntiando molestior visa sit, lingua magis magisque neglexit et eius loco pronuntiando habiliores supposuit, quae decursu temporis formam veterem prorsus oppresserunt. Atque

---

[14]) Infinitivi forma propria ἔσ-μεναι sive σ stirpis in »μ« mutavit sive prorsus eiecit, itaque formae prodierunt ἔμ-μεναι vel ἔ-μεναι.

formae, quae ex vetusta illa μεναι quasi emanarunt, proximae et simul enatae videntur esse ναι et μεν. Nam terminationes illas simul ortas esse inde elucet, quod utraque secundum legem certam ex terminatione μεναι evasit, itaque non in arbitrio loquentis lingua posuit, utram eligeret, sed firmam legem in mutanda forma veteri ut sequeretur eum coegit. Ubi enim suffixo μεναι brevis antecessit vocalis, hoc abiecta diphthongo αι in »μεν« transiit, contra ubi ei antegressa est vocalis longa sive diphthongus, terminatio μεναι semper mutata est in »ναι«. Ubi igitur vocalis copulativa »ε« ad infinitivum conformandum opus fuit, nulla exceptione oblata terminationem μεν invenimus, ubi vero illa non assumpta est, terminatio aut μεν aut ναι nobis obvia fit, sive vocalis antecedens est correpta sive producta.

Nonnullis vero in infinitivis, quorum stirps brevi vocali terminata oppido exigua est, lingua quasi in angustiis versata esse videtur, cum, si stirpi tenui levem etiam terminationem μεν adiecit, infinitivus admodum levis et omnis momenti expers existeret, ut ἕ-μεν, θέ-μεν, δό-μεν. Atque hanc ob causam stirpis vocalis ita producta est, ut, »ε« in »ει«, »ο« in »ου« augeretur. Sed hac re effecta fieri non potuit, ut post plenam et longam syllabam levis illa terminatio μεν adhiberetur, cum secundum legem statutam altera ναι adiiceretur necesse esset. Quo modo factum est, ut praeter formas ἕ-μεν, ἔ-μεν, θέ-μεν, δό-μεν, quae rarissime tantum occurrunt, fere semper in usum vocati sint infinitivi εἶ-ναι, εἶ-ναι, θεῖ-ναι, δοῦ-ναι, quorum unus tantum »εἶναι« diphthongi »ει« originem ex etymologia trahit. Damnum enim, quod »ες« stirps excisa litera »ς« acceperat, producta vocali compensari potuit, itaque pro forma ἔ-μεν extitit εἶ-ναι.

Quaeri autem potest, unde in unicam formam ἰέναι, quae tantum quod non semper vicaria infinitivi ἴ-μεν obvia fertur, ε vocalis irrepserit, et quanam ratione terminatio »ναι« contra legem, quam lingua alias constanter secuta est, postulari potuerit. Atque mihi quidem hae duae res ita inter sese cohaerere itaque etiam explicandae esse videntur, ut modo formam θεῖ-ναι pro θέ-μεν cet. explicui. Nam »ε« vocalem copulativam duntaxat esse, nullo modo ferri nulloque alio exemplo probari potest, contra radicem huius verbi etiam alia ratione se corroborare molitam esse, elucet ex forma huius infinitivi ἴμ-μεναι, Υ, 365; in qua nullam aliam ob causam alterum »μ« additum esse videtur.

Quibus praemissis ne legem, quam proposui, documenta deficiant, necesse est, singula omnium utriusque terminationis infinitivorum exempla, quae eam probent, proferam. Atque

primum quidem infinitivi praesentis suffixo μεν terminati occurrunt in Iliade hi:

ἴ-μεν, A, 170; ἀγ-έ-μεν, A, 323; δικαζ-έ-μεν A, 542; ἀκου-έ-μεν A, 547; ἀγορευ-έ-μεν B, 10; ἑλκ-έ-μεν B, 152; ἐπιβασκ-έ-μεν B, 234; πεσσ-έ-μεν B, 237; ἀνασσ-έ-μεν B, 643; ἀλεξ-έ-μεν Γ, 9; ἀποτιν-έ-μεν Γ, 286; ἐρεθιζ-έ-μεν Δ, 5; παρισχ-έ-μεν, Δ, 229; ἰσχ-έ-μεν P, 501; ὀτρυν-έ-μεν Δ, 286; ἔ-μεν Δ, 299; ἐχ-έ-μεν Δ, 302; μεθι-έ-μεν Δ, 351; πτωσκαζ-έ-μεν Δ, 372; διωκ-έ-μεν E, 223; ἐκφερ-έ-μεν E, 234; ἐπιβαιν-έ-μεν E, 255; διαβαιν-έ-μεν Π, 396; ἐλαυν-έ-μεν, E, 327, ξυνελαυν-έ-μεν X, 129; μεν-έ-μεν E, 486; παρμεν-έ-μεν; O, 400; πολεμιζ-έ-μεν E, 520; μενεαιν-έ-μεν E, 606; αἰσχυν-έ-μεν Z, 209; ἐναιρ-έ-μεν Z, 229; κατακει-έ-μεν, H, 408; μειλισσ-έ-μεν H, 410; ἀρηγ-έ-μεν, Θ, 11; ἐρυκ-έ-μεν Θ, 206; ἐπαμυν-έ-μεν Θ, 414; ὀρνύ-μεν I, 353; σκοπιαζ-έ-μεν, K, 40; φευγ-έ-μεν, K, 147; νιφ-έ-μεν M, 280; ὀπυι-έ-μεν, N, 379; κατί-μεν, Ξ, 457; και-έ-μεν Ξ, 397; ζευγνύ-μεν, O, 120; ναι-έ-μεν O, 190; ἐνισσ-έ-μεν, O, 198; πελεμιζ-έ-μεν Π, 766; κεραιζ-έ-μεν Π, 830; ἔμ-μεν, Σ, 364; δαπτ-έ-μεν Ψ, 183; διδασκ-έ-μεν Ψ, 308; ἑλισσ-έ-μεν, Ψ, 309; ἐριζ-έ-μεν Ψ, 404; ἀγαπαζ-έ-μεν Ω, 464; σκυδμαιν-έ-μεν Ω, 592; κτερεϊζ-έ-μεν Ω, 657.

in Odyssea: ἐριδαιν-έ-μεν, α, 79; βασιλευ-έ-μεν, α, 392; ἴ-μεν, α, 441; ἀμυν-έ-μεν β, 60; ὀπυι-έ-μεν, β, 207; καταπαυ-έ-μεν β, 244; ἐσθι-έ-μεν β, 305 = ἐσθ-έ-μεν η, 220; πιν-έ-μεν β, 305; θαασσ-έ-μεν, γ, 336; ἱκαν-έ-μεν, δ, 29; ἀκου-έ-μεν, δ, 94; γηρασκ-έ-μεν, δ, 210; ἐχ-έ-μεν, δ, 419; ἀναβαιν-έ-μεν δ, 473; ἐπιβαιν-έ-μεν, δ, 708; ἀποπεμπ-έ-μεν, ε, 112; πεμπ-έ-μεν, O, 15; ἔ-μεν, ε, 257; ἔμ-μεν, ξ, 332; ἐλαυν-έ-μεν, η, 109; ἐριζ-έ-μεν, θ, 223; φαιν-έ-μεν, θ, 237; κει-έ-μεν, θ, 315; κεραιζ-έ-μεν, δ, 516; φευγ-έ-μεν, ι, 43; μεν-έ-μεν, ι, 97; ἐρεθιζ-έ-μεν, ι, 494; ὀρνύ-μεν, κ, 22; κομιζ-έ-μεν, κ, 73; ναι-έ-μεν λ, 266; πιφαυσκ-ί-μεν λ, 442; θητευ-έ-μεν λ, 489; ἀγ-έ-μεν ξ, 27; βουλευ-έ-μεν, ξ, 491; τι-έ-μεν, O, 543; ὀτρυν-έ-μεν, π, 152; μελ-έ-μεν, σ, 421; προβλωσκ-έ-μεν, τ, 25; σπευδ-έ-μεν, ω, 324; ζω-έ-μεν, ω, 436.

Contra exempla, in quibus terminatio »ναι« extat, in Iliade inveniuntur:

εἶ-ναι, Λ, 91; μετεῖ-ναι Δ, 316; παρεῖ-ναι, χ, 298; φορῆ-ναι B, 107; ἰέ-ναι, A, 227; ἐξιέ-ναι Σ, 448; διδοῦ-ναι Ω, 425.

in Odyssea; εἶ-ναι, α, 15; παρεῖ-ναι, ε, 105; ἰέ-ναι, β, 364; ἐξιέ-ναι, α, 374; ἀῆ-ναι, γ, 183; κιχῆ-ναι π, 357; φορῆ-ναι, ρ, 224.

Atque quam firma illa apud Homerum lex fuerit, imprimis apparet ex infinitivis perfecti, qui omnes terminationem μεν correptam habent, quamquam tempore posteriori semper in ναι exeunt. Exempla occurrunt

in Iliade: ἑστά-μεν, Λ, 342; ἐκγεγά-μεν, Ε, 248; τεθνά-μεν Ο, 497; βεβά-μεν Ρ, 359; γεγωνέ-μεν, Λ, 6; ἀνωγέ-μεν Ν, 56; ἴδ-μεν, Λ, 719.

in Odyssea: ἐφεστά-μεν, α, 120; τετλά-μεν, γ, 209; τεθνά-μεν, π, 107; δειδί-μεν, ι, 274; ἀνωγέ-μεν, π, 278; ἴδ-μεν θ, 146.

Infinitivos futuri afferre supersedere possum, cum omnes ad infinitivum conformandum »ε« copulativum, ut supra exposuismus, adhibeant itaque semper terminatio μεν — id quod usus quoque probat — offeratur.

Contra discrepantes denuo formas habemus in infinitivo aoristi alterius activi, quarum quae secundum legem statutam terminationem μεν adsciverunt, in Iliade sunt:

μεθέ-μεν, Α, 283; ἐπιπροέ-μεν, Δ, 94; ἐξέ-μεν Λ, 141; δό-μεν, Δ, 379; ἐλθ-έ-μεν Δ, 247; κατελθ-έ-μεν, Ζ, 109; παρελθ-έ-μεν Θ, 239; πεφν-έ-μεν Ζ, 180; τραφ-έ-μεν Η, 199; εἰπ-έ-μεν, Η, 373; ἀποκτά-μεν, Ε, 675; κατακτά-μεν, Ι, 458; σχέ-μεν Θ, 254; παρασχέ-μεν Τ, 147; ἀνασχέ-μεν, Ω, 301; διελθ-έ-μεν, Ω, 716; πεπληγ-έ-μεν, Π, 728; πι-έ-μεν, Π, 825; ἐπαυρ-έ-μεν Σ, 302; ἐνεικ-έ-μεν, Τ, 194.

in Odyssea: ἀπειπ-έ-μεν, α, 91; διαειπ-έ-μεν, δ, 215; εἰπ-έ-μεν, γ, 89; τραφ-έ-μεν, γ, 28; ἐλθ-έ-μεν, γ, 188; διελθ-έ-μεν, ζ, 304; κατελθ-έ-μεν, λ, 475; ἀλαλκ-έ-μεν, γ, 237; κατακτά-μεν, δ, 700; πεφραδ-έ-μεν η, 49; προέ-μεν, κ, 155; φαγ-έ-μεν, κ, 386; θέ-μεν, λ, 315; κατθέ-μεν, τ, 4; ἐπαυρ-έ-μεν, ρ, 81; πι-έ-μεν, ο, 378; δό-μεν, ρ, 404.

Terminatione »ναι« praediti sunt infinitivi Iliadis hi:

δοῦ-ναι, Ο, 216; ἀποδοῦ-ναι, Α, 134; ἐπιδοῦ-ναι, Ι, 559; διαγνῶ-ναι, Η, 424; δῦ-ναι, Β, 413; ἀναδῦ-ναι Η, 131; καταδῦ-ναι, Κ, 231; βιῶ-ναι, Κ, 174; βῆ-ναι, Ν, 459; καταβῆ-ναι Γ, 252; περιβῆ-ναι Ε, 21; εἰσαναβῆ-ναι Ρ, 337; θεῖ-ναι Δ, 26; ἐπιθεῖ-ναι Ε, 751; ἁλῶ-ναι Μ, 172; εἶ-ναι, Ν, 638; στῆ-ναι, Φ, 266.

Odysseae: δοῦ-ναι, α, 292; γνῶ-ναι, β, 159; ἁλῶ-ναι, ε, 312; ἀποβῆ-ναι, ε, 357; ἐπιβῆ-ναι, ε, 399; καταβῆ-ναι, κ, 558; θεῖ-ναι, ν, 156; ἐπιθεῖ-ναι, λ, 525; καταθεῖ-ναι, π, 285; βιῶ-ναι, ξ, 359; δῦ-ναι, ν, 30; καταδῦ-ναι, ο, 328; στῆ-ναι, ρ, 439; περιφῦ-ναι, ω, 236.

Denique terminationem ναι omnes acceperunt infinitivi aoristi passivi, quia in omnibus stirps desinit in vocalem η. Itaque cum nulla data sit exceptio, exempla afferre superfluum duco.

Qua in constantia formandarum terminationum fieri non potest, ut unicum exemplum, quod contra legem explicatam omnes, quas equidem inspexi editiones Homericae, Bekkeriana Dindorfiana cet. Π, 145: ζευγνῦ-μεν praebent, teneatur. Accedit etiam, quod lectio ζευγνῦμεν non sola hoc loco memoriae

prodita esse videtur, id quod ex varia lectione ζευγνύ-μεν in adnotatione editionis Bekkerianae apparet. Quae cum ita sint equidem ζευγνύ-μεν scribendum esse arbitror. De syllaba brevi per arsin producta cf. Thiersch, gr. gr. par. 147.

Cum autem formatio infinitivorum in ναι exeuntium perpetua facta est, lingua in altera μεν nondum acquievit. Eiecta potius litera »μ« contractisque vocalibus duabus brevibus, paulatim ortae sunt terminationes in — ειν, si index temporis consonante efficiebatur, (ἄγ-ειν, κτείν-ειν) in εῖν et ᾶν — terminationis οῦν nulla apud Homerum exempla extant — si vocalis stirpem concludebat, (νεικεῖν, ἐλᾶν). Illuc, ut supra vidimus, etiam referenda sunt verba in αύω, αίω, εύω desinentia, huc contra pertinent futura verborum liquidorum et, si accentum spectamus, aoristus secundus. Quod ad futura contracta attinet, in terminationibus latet »ε« ad indicem futuri pertinens, quod ex ea, qua hoc verborum liquidorum tempus proprie forbamatur, syllaba »εsj« ad stirpem verbi puram adiecta, relictum est et plerumque cum signis personarum, modorum, participii, infinitivi contractum invenitur. Sic igitur futurum verbi μένω proprium fuit μεν-εσj-ω, unde exterminatis literis σj μεν-έ-ω, et contractis vocalibus έω in ῶ: μενῶ, έ-ειν in εῖν: μενεῖν extitit[15]).

Non eadem causa fuit, cur infinitivus aoristi II. in εῖν contraheretur, cum ne minime quidem dubitari possit, quin in iis, quae extant, formis ε vocalis copulativa duntaxat insit. Quae res mihi ansam dedit observandi, unde haec accentus discrepantia orta esse possit, cum, quod grammatici docent, infinitivum aoristi alterius accentum in ultima habere, ut ab infinitivo praesentis accuratius discernatur, omni argumento carere mihi videatur. Id enim ante omnia spectandum est, accentum non auxilium fuisse tardis auribus, sed eum tantum, quoad leges linguae Graecae hoc passae sunt, naturam vocum earumque indolem secutum esse. Atque rationem indicum temporalium et naturam accuratius contemplatus, videor mihi invenisse causam, propter quam infinitivi praesentis et futuri, eadem ratione exorti atque infinitivi aoristi, dico eos, qui per vocalem copulativam indici suffixum addiderunt, tamen alio accentu praediti sint. Nam quod ad praesens tempus pertinet, fieri

---

[15]) Formas has exemplis illustrare supervacaneum visum est, cum in quavis pagina occurrant.

De infinitivis praesentis in ά-αν. έ-ειν, εί-ειν, in quibus tanquam intermissiones linguae in permutanda forma veteri procedentis, apparent, vide, quid sentiat Curtius, Erläuterungen pag. 94 sqq.

non potuit, ut infinitivi verborum, quae natura erant valde diversa, sive stirps in vocalem exibat sive consonante terminabatur, eadem ratione tractarentur. Necesse igitur fuit, ut infinitivi verborum, quorum index vocali efficiebatur, sicuti φρονέ-ω, νεικέ-ω cet. aliter pronuntiarentur, quam infinitivi a verbis in consonantem exeuntibus deducti, ut φαίν-ω κτείν-ω, quamquam circumflexus ex grammaticae legibus utrisque debebatur. Atque in hac quaestione, cuiusnam terminationis momentum propenderet, diiudicanda, lingua sibi ipsa tanquam viam monstraverat, cum stirpes temporum fingebat. Accentus enim simpliciter eo ponebatur, ubi natura stirpis eum esse volebat, i. e. regrediebatur in stirpem, unde terminatione infinitivi tantum remotus erat, si index stirpis erat consonans: φαίν-ω, φαιν-έ-μεναι, φαίν-ειν, aut loco suo permanebat, si vocalis stirpem terminabat: ἀγινέ-ω, ἀγινέ-μεναι, ἀγινεῖν. Quae norma, cum in praesenti tempore statuta esset, in futuro quoque, ubi eadem quaestio denuo extitit, valuit; itaque ποιήσ-ειν ex stirpe ποιήσ- (ποιησ-έ-μεναι) γαμεῖν ex stirpe futuri γαμέ- extiterunt.

Sed prorsus aliter res sese habet, si aggredimur ad aoristum II. Quae enim stirpes in vocalem desinunt, omnes syllabam productam itaque terminationem »ναι« habent, exceptis paucis illis infinitivis bisyllabis θέμεν, δόμεν, qui contractionem apud Homerum nunquam admiserunt et postea omnino evanuerunt. Quae igitur causa esse potuit, cur accentus eorum, quorum stirps in consonantem exibat, itaque ε copulativum adsciscebat, non eo, qui ei legibus grammaticis tribuitur, loco permaneret? Quid, quod etiam natura stirpis postulavit, ut illum locum non relinqueret, cum stirps fere semper syllaba brevi contineretur et hanc ob causam minus apta esset, quam quae accentum ferret? Sic igitur formae φαγ-έ-μεν, θαν-έ-μεν, ἐλθ-έ-μεν abierunt in formas φαγ-εῖν, θαν-εῖν, ἐλθεῖν cet.

De terminatione aoristi primi activi »αι« vel potius »ι,« — id quod probat infinitivus aoristi primi medii e. g. λύσα-σθαι, unde apparet, vocalem »α« ad stirpem aoristi pertinere —, nihil est exponendum, cum terminatio illa constanter servata neque unquam mutata sit. Nam quod Faesi cum Kruegero formas καταξέμεν Z, 53; ἀξέμεν Ψ, 111; Ω, 663; ἀξέμεναι Ψ, 50; σαωσέμεν, I, 230; κελευσέμεναι, δ, 274 aoristo primo tribuerunt, non suo iure fecerunt. Imo maiores in difficultates hac re viri docti illi sese implicuisse videntur, quam quas explicare iis erat propositum, cum omnibus illis locis cum forma etiam significatio infinitivi futuri prorsus sit suo loco. Quod autem I, 230; et Ψ, 50 infinitivus futuri aoristi infinitivum adiunctum habet, offendere non potest, cum infinitivus futuri antecedat. Quemadmodum enim in nostro sermone — ubi ratio sane

prorsus alia est — coniunctis duobus futuris signum temporis semel tantum ponitur, ita his locis poetae satis fuit, temporis rationem semel indicare et alteram actionem, cuius tempus iam ultro subauditur, infinitivo aoristi, qui nullam temporis relativi notam includit, adiicere.

Infinitivi passivi et medii in adiungenda terminatione »σθαι« eandem legem secuti sunt, qua adstricti infinitivi activi suffixum acceperunt, nisi quod perfecta nunquam vocalem copulativam admiserunt. Quorum stirpes si consonante terminabantur, propter duriorem consonantum concursum »ς« suffixi exterminatum est itaque ortae sunt formae: ἐγρηγόρ-θαι, K, 67; τετύχ-θαι, O, 110; α, 391; δεδιδάχ-θαι, Λ, 831; προτετύχ-θαι, Π, 60; λελεῖφ-θαι, Ω, 256; πεπαλάχ-θαι, ι, 331; ἀφῖχ-θαι, ξ, 297. Atque horum similes sunt aoristi syncopati: δέχ-θαι Α, 23; ὄρ-θαι, Θ, 474; ὑποδέχ-θαι, Η, 93, πέρ-θαι, Π, 708.

De usu infinitivi.

Ex iis, quae de natura infinitivi supra disputavi, infinitivus munere suo perfunctus esse videri possit, simulatque verbum infinitum, significatione personae, temporis, modi addita, finitum factum est. Sed si homini primo tantum verbum infinitum opus erat, ut actiones, quas praesentes perceperat, significaret, postea, cum homo cogitans extitisset, eadem forma utebatur, ut actionem, quam omnium verbi finiti definitionum expertem cogitando ponebat, exprimeret. Atque quaestionem, quanam ratione id factum sit, expedituris rationem et viam, qua incedendum sit, monstravit Haasius, prof. ill. in scholis, quas de grammatica latina habuit. Cuius ego vestigia secutus hac dissertatione explicabo, quo modo Homerus infinitivo usus sit.

De nominativo cum infinitivo Homerico.

Effectio actionis cuiusdam, quae modis verbi in universum tantum significatur, duplici ratione accuratius definiri potest, aut adverbio addito aut verbo auxiliari praemisso. Sic dici potest κρατερῶς μάχεται aut μεταπρέπει vel ἀριστεύει μάχεσθαι. Illic actio pugnandi adverbio κρατερῶς artius definitur, hic notio, quam abverbium illud indicat, verbo et quidem finito exprimitur, actione, quae est definienda, in infinitivum mutata. Hinc sequitur, ut ratio, quae inter utramque notionem et definiendam et definientem, intercedit, plane in contrarium vertatur. Nam cum in locutione κρατερῶς μάχεται adverbium signum

tantum extrinsecus verbo adiiciat, verbum autem definitiones, quibus verbi finiti partes suscipit, prorsus servet, in altera dicendi ratione definitio inferior per leges grammaticas ita mutatur, ut locum obtineat superiorem. Μεταπρέπει igitur fit verbum regens, et omnes definitiones, quas verbum μάχεται prius habebat, in se transfert, notio verbalis primaria autem, cum significationem et temporis absoluti et personae modique amittat, necessario in verbum infinitum i. e. in infinitivum mutatur. Sed haec res etiam demonstrat, id, quod initio dixi: effectionem actionis aut adverbio aut verbo auxiliari accuratius definiri, non ita intellegendum esse, ut arbitrio concessum sit, utra definitio eligatur. Nam si dico κρατερῶς μάχεται, significatur, subiectum aliquod adesse, in quo actio pugnandi vere appareat, de quo actio illa tanquam vera praedicetur. Quod autem subiectum fortiter pugnat, non ideo ratio, quae intercedit inter ipsum et actionem, mutatur, cum per adverbium illud signum tantum extrinsecus actioni addatur. Adverbio igitur si definitur verbum, nihil nisi veritas exprimitur effectionis actionis, cui signum aliquod externum adiicitur. Non est, quod addam, veram illam effectionem hactenus praedicari, quoad tempus et modus hoc significant. Nam si dico ἐμάχετο vel μαχεῖται κρατερῶς nihilo minus veritas effectionis cogitando certum in tempus relata ponitur. Nec mutatur haec ratio, etiamsi adverbio adiecto effectio actionis non omnino agnoscitur vel etiam prorsus negatur. Nam ea re, quod actio quaedam subiecto suo inhaerens aut affirmatur aut negatur, id tantum efficitur, ut praedicatum aut sit positivum aut negativum; praedicatum negativum vero non minus est praedicatum verum, quam id quod positivum vocamus, cum eius veritas ea in re posita sit, quod copula logica ad subiectum refertur.

Prorsus aliter res sese habet, si actio quaedam ex verbo, quod dicunt auxiliare, suspensa, huic per infinitivum adiungitur. In hac enim verborum consociatione de vera effectione actionis infinitivo indicatae nihil dicitur, cum definitiones modi, personae, temporis ab hac actione in verbum, unde pendet infinitivus, translatae sint itaque vinculum ipsum, quo actio illa ad subiectum adnectebatur, quasi sublatum. Etenim si dico μεταπρέπει μάχεσθαι, de subiecto vere tantum praedicatur notio μεταπρέπει. Cum vero haec tam universa sit, qua nihil certi exprimatur, eius fines infinitivo contrahuntur et de subiecto notio μεταπρέπειν praedicatur, quod pertinet ad actionem pugnandi. Quamquam igitur interposito verbo μεραπρέπει copula ipsa, qua subiectum et actio infinitivo significata iungebantur, seposita, tamen non omnino est deleta, et illud ipsum verbum, quod subiectum et actionem infinitivi modo seiunxit, seiunctione

effecta, coniunctionem denuo suscipit ea re, quod actionem infinitivo indicatam suspensam facit ex condicione subiecti, quam ipsum praedicat.

Fuerunt, qui verba, quae maxime hac in constructione occurrunt, ut θέλω, βούλομαι, δύναμαι cet. auxiliaria vocarent, rati linguam eis uti tanquam auxilio, quo modi quasdam significationes, quibus verbum finitum sit destitutum, exprimat. Sed tantum abest, ut verba illa iure auxiliaria habeantur, ut infinitivus hoc nomine dignior inveniatur, quippe qui auxilium contineat, quo notio verbi finiti relativa expleatur. Praeterea etiam ea res impedit, quominus relativa illa verba vocemus auxiliaria, quod non sola cum infinitivo coniuncta inveniuntur. Saepe enim talia etiam verba in hac consociatione apparent, quae, quamquam notionem continent absolutam et per se perspicuam, mutare quodammodo naturam videntur et traduci in genus verborum relativum.

Cum igitur nomen illud, notionem circumscribat angustiorem, quam quae genus verborum in consociatione cum infinitivo usurpatorum prorsus amplectatur, necesse erat, aliud inveniretur, quod omnia eius generis verba comprehenderet. Atque hanc quoque quaestionem Haasius prof. ill. expedivit, cum verba illa, propterea quod dispositionem exprimunt, in qua subiectum, actionis infinitivi ratione habita, versatur »diathetica« appellavit.

Elucet, subiecti diathesin actionis efficiendae non solum verbis copulam logicam praedicatumque simul significantibus exprimi posse, sed etiam fieri, ut et copula et praedicatum separatim indicentur. Qua re id tantum mutatur, ut, quod prius de subiecto ita praedicabatur, ut tempore quodam in agenti subiecto appareret, iam signum subiecti fiat, quod ei, quatenus hoc per verbum substantivum significatur, inhaeret. Nam sive dico ἄριστός εἰμι μάχεσθαι sive ἀριστεύω μάχεσθαι, si temporis notionem missam facimus, ratio, quae inter subiectum et actionem pugnandi intercedit, non mutatur. Quid, quod praedicati locum etiam substantivum obtinere potest? id quod in locutionibus, quales sunt πόνος, νέμεσίς ἐστιν cet., si de accusativo cum infinitivo disputabimus, apparebit.

Quibus expositis si notionem diathesis, in qua subiectum versari potest, accuratius contemplamur, viam nobis demonstrant categoriae Kantianae, quibus effectio rerum omnium, quae cogitantur, adstricta est. Verbum enim diatheticum primum eiusmodi esse potest, quo actionis infinitivo indicatae effectio vera et certa de subiecto praedicetur. Diathesis subiecti tum talis esse potest, ut facultas efficiendae actionis, infinitivo quae indicatur, aut data sit aut desideretur. Si facultas

deest, per se intellegitur, actionem effici non posse, sin vero adest, nulla eius rei ratio habetur, utrum effectio sequatur, annon sequatur. Denique actio infinitivi talis esse potest, ut subiectum quoddam ad eam efficiendam necessitate quadam cogatur. Tunc igitur verbum diatheticum notionem continet necessitatis, qua subiectum ad actionem relatum cogitatur.

Quodsi iam ad exempla Homerica aggredimur, in quibus nominativus cum infinitivo occurit, primum ea afferemus, ubi verbum diatheticum effectionem actionis, quae infinitivo exprimitur, veram et certam significat. Atque aptum initium hic praebet verbum:

ἄρχω, Α, 571; α, 155; eandem notionem relatam ad cantum exprimit: ἀναβάλλομαι, α, 155; relatam ad pugnam: συμβάλλω et συμβάλλομαι, Μ, 377; Π, 565.

Quibus iam adiicienda sunt verba, quae cum infinitivo coniuncta sunt, cuius notio verbo diathetico iam inest, ita tamen ut vel aucta vel alia ratione mutata sit. Huc pertinent multa illa exempla, in quibus cum infinitivo, actionem movendi significanti, consociatum est verbum:

βαίνω e. g. Β, 183; Δ, 199; 209; α, 441; β, 5.

Accedunt, quae eandem sequuntur analogiam, exempla haec:

ἠερέθονται φευγέμεναι Φ, 13; ἐσκίδναντ' ἰέναι, Ω, 2; ἤϊξεν πέτεσθαι Φ, 247; τρωπάσκετο φεύγειν, Λ, 568; ἵκανον ἀήμεναι Ψ, 214.

Actio quaedam ab eodem subiecto etiam saepius effici potest, id quod indicat verbum εἴωθα, Ε, 203; 766; Ζ, 508; ρ, 394. Tum igitur effectio actionis totiens vera fit, quotiens subiectum consuetudini suae indulget. Repetitio actionis vero etiam eo consilio fieri potest, ut illa accuratius cognoscatur eiusque peritia paulatim concilietur. Hoc significant verba μανθάνω, Ζ, 444; ἐπίσταμαι, Β, 611; Ε, 61; θ, 240; οἶδα, Α, 343; Β, 214; θ, 215.

Qua actionis peritia fretus si quis in certamen cum aliis descendit, inde iis aut superior aut inferior prodit:

ἀριστεύω, Ζ, 460; Λ, 746; Π, 292; μεταπρέπω, Π, 195; σ, 3; ἐπιπρέπω, ω, 252; περίοιδα, Κ, 247; καίνυμαι β, 159; γ, 283; περί εἰμι, Α, 258; Π, 186; γ, 112; φθάνω, Π, 322, 861; εἴκω, ε, 332.

Actio si non repetitur vel eius repetitio si neglegentia omittitur, haec res adducit ad oblivionem: ἐκλανθάνω, κ, 558; sive ad intermissionem: μεθίημι Ν, 234; Ψ, 434.

In omnibus his exemplis diathesis subiecti verbo praedicabatur, tanquam certo quodam tempore per actionem infinitivo indicatam in subiecto apparens. Sed fieri potest, ut subiectum praedicato praeditum sit, quod ad essentiam eius, ut ita dicam

pertinet i. e. quod, quoad subiectum in eadem condicione permanet sive permanens cogitatur, ei inhaeret. Itaque cum necesse sit, notio diathetica tunc adiectivo contineatur, exempla oriuntur, in quibus infinitivus ab adiectivo, cum copula εἶναι coniuncto sive etiam ea destituto, pendet.

Per se intellegitur infinitivum aut activi aut passivi positum esse, sive actio, ad quam subiectum dispositum praedicatur, in substantiam a subiecto diversam transfertur sive in subiectum ipsum refertur. Sic dicitur N, 483: ὃς μάλα κάρτερός ἐστι μάχῃ ἔνι φῶτας ἐναίρειν contra σ, 4: εἶδος δὲ μάλα μέγας ἦν ὁράασθαι. Neque est, quod addam, infinitivi passivi vices subire posse infinitivum activi, si verbum, quod actionem exprimit, est intransitivum, sicuti M, 63 ἣ δὲ (sc. τάφρος) μαλ'ἀργαλέη περάαν. — Exempla, in quibus notio diathetica est adiectivum, sunt haec:

ταχύς, Π, 186; γ. 112; δ, 202; θοός, E, 536; νέος, Ω, 369; κάρτερος, N, 483; ἔμπεδος, N, 513; ἄλκιμος, O, 570; ἴδρις, η, 109; ποτιφωνήεις, ι, 456; ἀγαθός, ρ, 347; μέγας, σ, 4; δεινός, χ, 405; ῥηΐδιος, M, 53; Υ, 266; χαλεπός, Υ, 131; ἀμήχανος, N, 726; ἀργαλέος A, 589; ἀλεγεινός, K, 403; δειλός, θ, 351; ἄξιος, Ξ, 471.

Notio diathetica ex comparatione apparet:

οἶος, β, 50; 272; ποῖος, φ, 195; τοῖος, β, 60; τοιοῦτος, η, 310; τόσος, ι, 324; τηλίκος, ρ, 20; οἷός τε, τ, 161; ὁμοῖος, B, 554; K, 437.

Comparatione effecta alterum duorum subiectorum evadit:

ἀμείνων, O, 642; β, 180; φέρτερος, ε, 170; μείζων, κ, 396; εὐρύτερος, Γ, 194; ῥηΐτερος Σ, 258; μαλακώτερος, X, 373; ἀκιδνότερος, ε, 217.

Si plures inter sese comparantur:

ἄριστος, Z, 79; M, 243; ὀξύτατος, Ξ, 345; ἥκιστος, Ψ, 531; ἐλαφρότατος, γ, 370; βάρδιστος, Ψ, 310; ἄλγιστος Ψ, 655; πιστότατος, Π, 147.

In exemplis prolatis ratio gradusque effectionis actionis, quae infinitivo indicatur, in rebus externis, quas experti sumus, posita praedicata sunt. Sed dispositio etiam talis esse potest, ut subiectum in ea tantum versetur, quatenus sive suo ipsius sive aliorum iudicio ea praeditum ponitur. Unde elucet, effectionem actionis hac ex diathesi suspensae, ea tantum condicione veram esse, ut subiectum non fallat vel non fallatur. Illud fieri potest si subiectum aliqua in dispositione hominum sensibus percipiendum se praebet; itaque primum hic afferenda sunt exempla, ubi verbum regens notionem continet:

φαίνομαι, Λ, 336; ξ, 355; ο, 25; εἴδομαι, A, 228; ι, 11; ἰνδάλλομαι, γ, 246; ἔοικα Ω, 259; χ, 348; ω, 255; εἶκε, Σ, 520; στεῦται, Γ, 83; E, 833; I, 241; ρ, 525; δέατο, ζ, 242; δοάσσατο, N, 458; Ξ, 23; ε, 474.

Subiectum ipsum falli potest, si actionis effectionem in mente ponit verbis diatheticis:
οἴω et οἴομαι, A, 296; I, 655; N, 263; Θ, 203; τ, 581; φρονέω, I, 608; P, 287; Ψ, 343; δοκέω, Z, 91; 339; H, 192; α, 228; β, 33; 142.

Et fallere et falli potest subiectum, si id quod in mente posuit, dicendo emittit et ab aliis quoque poni vult:
φημί; A, 398; B, 37; E, 473; α, 168; δ, 504; ε, 136; ἀναίνομαι, Σ, 450; 500; ὀνομαίνω, ω, 342; εὔχομαι, A, 91; B, 82; 597; Γ, 431; α, 180; 187; εὐχετάομαι, δ, 139; μ, 99; ξ, 189; π, 58; 223.

Effectio actionis sive maiore sive minore cum fiducia affirmatur vel negatur, verba usurpantur confirmandi, promittendi, iurandi:
κατανέω, K, 393; N, 369; O, 375; δ, 7; ἀπειλέω, A, 161; Θ, 416; I, 683; O, 180; Λ, 314; ὑφίστημι, I, 446; T, 195; Ψ, 21; 22; ὑπίσχομαι et ὑπισχνέομαι Z, 94; 275; N, 367; κ, 484; ὄμνυμι, A, 77; Ξ, 275, I, 133; 275: ε, 373; δ, 254. Huc etiam pertinent duo loci, ubi verbi locum obtinet allocutio ἴστω Ζεύς, T, 261; ε, 187; ὅρκῳ πιστόω, ο, 436. —

Postquam ita in antecedentibus exempla attuli, in quibus verbum diatheticum effectionem actionis, quae infinitivo significatur, expressit, nunciam ad alteram transgredior speciem, ubi verbum illud facultatem actionis efficiendae indicat. Atque primum hic locum tenet verbum
δύναμαι, A 242; 562; 589; δ, 388; 644; φ, 12; cet.

Interdum eius vices subit ἔχω, H, 217; Π, 111; Φ, 242; Ω, 213; Λ, 584; μ, 362; 434; ς, 364.

Facultas unde oriunda sit, si indicatur, suo loco est λαγχάνω, O, 190; Ψ, 356; Ω, 400.

Huc etiam referenda sunt exempla nonnulla, in quibus verbum diatheticum simplici verbo εἶναι continetur. In aperto est, verbum εἶναι tunc non significationem copulae logicae habere sed notionem existendi induere, ita ut de subiecto nihil nisi eius existentia praedicetur. Haec vero prorsus sufficere potest, ut simul cum ea notio facultatis efficiendae actionis cuiusdam cogitetur, si subiectum certo loco eius efficiendae causa versatur, itaque facultas ipsa iam subauditur. Sic explicandi versus I, 688: εἰσὶ καὶ οἵδε τάδ' εἰπέμεν, οἵ μοι ἕποντο N, 312; T, 140; ρ, 265; ξ, 497.

Parem explicationem postulat Σ, 212: ὑψόσε δ'αὐγὴ γίγνεται ἀΐσσουσα, περικτιόνεσσιν ἰδέσθαι, ubi ex attributo flammae ἀΐσσουσα ὑψόσε facultas actionem videndi in se referendi colligitur. Flamma sublime fertur et hac re efficit sive potius facultatis compos fit, ut a vicinis conspici possit. Neque aliter est in-

terpretandum exemplum, quod X, 474 invenitur: αἵ ἑ μετὰ σφίσιν εἶχον ἀτυζομένην ἀπολέσθαι. Andromacham, nuntio Hectoris coniugis interfecti comperto, subito anima deficit et generi nurusque accurrunt, sustenturi torpentem et adeo perculsam, ut fieri facile potuerit, ut moreretur. Ex condicione igitur Andromachae descripta iam ultro secuta est facultas efficiendae vel potius patiendae actionis infinitivo indicatae, itaque eam insuper exprimere poeta superfluum duxit.

Contra Δ, 510: ἐπεὶ οὔ σφι λίθος χρὼς οὐδὲ σίδηρος χαλκὸν ἀνασχέσθαι ταμεσίχροα βαλλομένοισι, inde quod in Graecis qualitas quaedam desit, quae ad actionem verbis ἀνασχέσθαι χαλκόν indicatam arcendam efflagitetur, concluditur, Graecos facultatem huius rei avertendae omnino non habuisse.

Facultas actionis efficiendae in exemplis prolatis talis erat, quae in rebus externis sive in experientia posita esset. Sed fieri etiam potest, ut tantum auctoritate subiecti nitatur i. e. ex voluntate eius suspensa sit. Apparet effectionem actionis infinitivo indicatae hic etiam incertiorem esse, quam in exemplis supra allatis, cum nemo negare queat, hominem sibi aliquid proponere, aliquid »velle« posse, quod non assequatur. Nihilo minus semper id tenendum erit, id, quod subiectum aliquod sibi proponat, ita ab eo cogitari, ut simul effectionem ponat et appetat aut certe rem effici posse statuat. Neque enim quisquam vere aliquid velle potest, quod ipse sciat fieri nullo modo posse.

Priusquam autem subiectum certam aliquam rem sibi proponit, actio deliberandi et considerandi rem antegreditur itaque antequam exempla, in quibus infinitivum a verbis »volendi« pendentem habemus, proferamus, ea liceat praemittamus, ubi verbum diatheticum notionem continet deliberandi, contemplandi cet.

φράζομαι, I, 347; T, 401; νοέω, E, 666; K, 501; μέδομαι Ω, 3; μητιάομαι M, 18: βουλεύω, I, 458; K, 147; 327: τιτύσκομαι N, 559.

Iam si actio considerandi ad finem est perducta, sequitur voluntas rei in animo reputatae appetendae, quam Graeci vocabulis expresserunt his:

ἐθέλω, A, 112; 116; 277; 287; 399; φ, 76; ω, 279; 307; βούλομαι, A, 67; 113; Λ, 79; 319; π, 107; ρ, 81; 404; μέλλω[16]), B, 39; Z, 393; 516; ζ, 110; 136; η, 18; κ, 276.

---

[16]) Verbum μέλλω secundum explicationem Haasii, prof. ill. significat: sum quis, cui aliquid instat, futurum est. Quod sive ex animi voluntate sive ex necessitate quadam pendet, verbum hoc significationem aut »volo« aut »cogor« induit.

Sive in agendo sive in cogitando versamur, semper affectus nos sequitur, qui sive id quod cogitatione aut actione consecuti sumus, vitam nostram perficit sive ei officit, aut laetus aut tristis est. In actionibus, quarum effectio etiam caliginibus temporis futuri obvoluta est, homo inter utrumque aestuat, cum mox »speret« fore ut rem propositam assequatur, mox »metuat,« ut eam efficiat:

ἔλπομαι, A, 546; Γ, 112; I, 371; M, 262; γ, 320; ω, 314; δείδω, H, 93; O, 299; ζ, 169.

Medius inter spem et metum homo id, quod sibi proposuit, appetit et sive spes ad agendum eum impellit sive metus opprimit, aut fortitudine praeditus aut sollicitudinis plenus effectionem rei propositae persequitur.

ταλάω, A, 226; 535; 543; Γ, 306; β, 83; δ, 717; ὑπομένω, α, 411; θυμὸν ἔχω, Π, 220; ἐπιφράζομαι, ε, 183; ἀναιρέομαι τ, 23; πειράω, Δ, 5; Θ, 8; M, 341; πειρητίζω M, 257.

Sed non solum timor et spes actiones hominum sequuntur; accedit etiam alia affectus species. Homines enim ad res quasdam inclinantes, alias declinantes, sive voluntatem inclinatio animi adiuvat sive declinatio eam retinet, facultatem actionis efficiendae datam aut in effectionem ipsam mutare aut hanc evitare student. Huc igitur spectant exempla, in quibus infinitivus sequitur verba desiderandi optandique et ea, quae notionem contrariam significant:

ἱμείρομαι, Ξ, 163; α, 59; ε, 209; κ, 432; λιλαίομαι, A, 544; N, 253; Ξ, 351; Π, 89; ι, 451; υ, 27; εὔχομαι, B, 401; Θ, 527; I, 485; Ω, 287: γ, 56; ἱκετεύω, λ, 531; ἔλδομαι, N, 638; δ, 162; ε, 220; ἔχραε et ἐχράετε, Φ. 369; φ, 69; χατέω, ν, 280; ο, 377; ἀλεείνω N, 356; Z, 167; ἀλεύομαι, Ψ, 340; 605; ξ, 400; τρέπομαι. δ, 260; ἀποτρωπάσκομαι Σ, 585; ὀκνείω, E, 255; Υ, 154; ἐρίζω, ο, 323; ς, 39; ἐριδαίνω, Π, 766; αιδέομαι, H, 93; Φ, 469; Ω, 91; 436; ζ, 66; 222; ξ, 146; ἅζομαι, Z, 266; ι, 479; ὄθομαι, O, 167; 183; ἐλεαίρω, υ, 203; ὀλοφύρομαι, χ, 232; ὀδύρομαι, B, 290; φθονέω, λ, 381.

Inclinatio denique ita augeri potest, ut voluntatem prorsus regat nullamque mentis rationem habeat; itaque venimus ad exempla, quorum verba diathetica libidinem, cupiditatem, perturbationem significant:

ὁρμάω, ὁρμάομαι, ἐφορμάομαι, Θ, 511; N, 64; 74; 189; Φ, 572; X, 195; Φ, 266; α, 275; δ, 713; φ, 399; ὄρνυμαι, M, 280; N, 62; Ξ, 397; Ψ, 489; β, 397; γ, 176; ὀτρύνομαι, H, 420; Ξ, 369; ρ, 183; σπέρχομαι T, 318; ἐπείγομαι, B, 354; ε, 399; ν, 30; ἰσχανάω, P, 572; ἵεμαι, B, 590; E, 435; Θ, 241; 301; 310; α, 58; γ, 344; ἰθύω, P, 353; Σ, 175; λ, 591; χ, 408; σεύομαι, ἐπισεύομαι, A, 717; P, 463; Ψ, 198; I, 42; μέμονα,

E, 483; H, 36; I, 248; M, 304; ο, 522; υ, 15; μενεαίνω, Γ, 379; Δ, 33; 126; E, 436; 606; N, 629; μενοινάω, K, 101; N, 80; 215; T, 164; β, 36; 248; φ, 158; μέμαα A, 590; B, 473; 544; 863; δ, 351; 700; 741; μαίνομαι, ἐπιμαίνομαι Z, 161; Π, 75; μέμνημαι, P, 365.

Iam vero ordinem verborum diatheticorum huc pertinentium concludunt verba nonnulla, in quibus notio diathetica ipsa et quidem notio volendi ex conexu subauditur. Cuius generis exempla sunt haec:

ἔστη Θ, 223: στῆ δ' ἐπ' Ὀδυσσῆος μεγακήτεϊ νηΐ μελαίνῃ, ἥ ῥ' ἐν μεσσάτῳ ἔσκε, γεγωνέμεν ἀμφοτέρωσε, quod exemplum repetitur Λ, 7. ἀνέστη, υ, 380; ἄλλος δ' αὖτέ τις οὗτος ἀνέστη μαντεύεσθαι. ἕπομαι, Δ, 476; παρ' ὄχθῃσι Σιμόεντος γείνατ', ἐπεί ῥα τοκεῦσι ἅμ' ἕσπετο μῆλα ἰδέσθαι, λ, 493; antecedente verbo εἶμι, O, 545: τὼ μὲν ἐεισάσθην χαλκήρεα τεύχε' ἀπ' ὤμων συλήσειν.

Tertium verborum diatheticorum genus est id, quo subiectum necessitate quadam ad actionem aliquam peragendam coactum praedicetur. Quae necessitas sive in rerum condicione posita sive a subiecto ipsi imposita est, usurpantur verba aut μέλλω, aut ὀφείλω et πείθομαι.

Μέλλω e. g. A, 564; B, 36; 116; 694; 724; ὀφείλω, A, 353; 416; Γ, 40; 173; 428; α, 217; β, 183; πείθομαι, A, 151; K, 206; P, 155; χ, 316; ω, 457.

De accusativo cum infinitivo Homerico.

In exemplis, quae hucusque contemplati sumus, diathesis quae de subiecto praedicabatur, non nisi ad actionem quandam subiecti ipsius referebatur. Etenim si dico δύναμαι ἀγορεύειν facultas haec tantum subiecti ratione habita et eius finibus circumscripta praedicatur. Sed fieri potest, ut subiectum diathesin suam actionis efficiendae etiam in alteram substantiam transferat et hac re efficiat, ut substantia haec, eiusdem diathesis particeps facta, tanquam media sit, in qua, qualis sit actio, ex diathesi subiecti suspensa, cognoscatur. Elucet, necesse esse, effectus subiecti, priusquam actio disposita effici possit, substantiam huic actioni subiectam quasi in se excipiat. Unde sequitur, ut substantia haec casu accusativo indicetur, quippe qui unus rationem, qua substantia quaedam actioni alterius substantiae prorsus obnoxia significatur, exprimat. Sic ex sententia δύναμαι ἀγορεύειν oritur διδάσκω σε ἀγορεύειν.

Quodsi notionem diathesis accuratius consideramus, ratio, quae inter verba diathetica facultatem necessitatemque indicantia et actionem secundariam intercedit, dilucida est. Nam

quin subiectum aliquod, qua est facultate, etiam effectum in aliis substantiis appetere et assequi possit, nemo est, qui dubitet. Sic. e. g. ait Homerus φ, 258: ἐπεὶ ἄρ σε θεοὶ ποίησαν ἱκέσθαι οἶκον ἐϋκτίμενον cet.; vel si facultas in subiecti voluntate est posita: β, 388: ἀλλὰ βόλεσθε αὐτόν τε ζώειν καὶ ἔχειν πατρώϊα ἔργα. Neque minus apparet, substantiam quandam ab altera incitari et cogi posse, ut actionem certam suscipiat: B, 11: θωρῆξαί ἑ κέλευε καρηκομόωντας Ἀχαιούς cet. Quo modo vero actio aliqua ex diathesi alterius subiecti tanquam vera suspensa esse possit, non ita facile liquet. Nec tamen haec quoque res difficilis est intellectu, si notionem veritatis spectamus. Verum enim id appellamus, quod cum cognitione nostra congruit. Cognitio vero aut in sensuum perceptione aut in cogitatione posita est. Rem sensibus perceptam a nostra diathesi pendere non posse, ideo apparet, quod cognitio eius omnino non esset, nisi res ipsa ei antecessisset. Unde efficitur — quam legem Homerus nunquam neglexit — rem sensibus perceptam accusativo cum infinitivo exprimi non posse. Nam N, 101:

ὢ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι, | δεινόν, ὃ οὔποτ' ἔγωγε τελευτήσεσθαι ἔφασκον, | Τρῶας ἐφ' ἡμετέρας ἰέναι νέας· adeo non de vera actione eundi sensibus percepta agitur, ut fiere minime potuerit, ut pro ἰέναι: ἰόντας participium poneretur.

Aliter vero res sese habet, si cognitionem cogitatione nitentem spectamus, quae re vera a subiecto cogitanti pendet. Nam perspicuum et consentaneum est, eam tantum hactenus veram esse, quatenus subiectum cogitans non falsum est. Si enim Telemachus, qui cum Athena colloquium inierat, (α, 323) ὀΐσατο (sc. Ἀθήνην) θεὸν εἶναι, hanc rem tantum suspicatus erat neque ulla veritatis eius argumenta firma habebat. Quid, quod cogitando etiam aliquid ponere possumus, quod persuasum nobis est, non verum esse. Cuius rei exemplum N, 101 praebet, ubi Neptunus tantum, ut Argivos ad fortiter pugnandum incitet, verbis utitur: ὁρῶμαι, Τρῶας ἐφ' ἡμετέρας ἰέναι νέας, ὃ οὔποτε ἔγωγε τελευτήσεσθαι ἔφασκον, quamquam rem aliter eventuram esse certo scit.

Sfructuram accusativi cum infinitivo ipsam si contemplamur, simplicissimo modo efficitur, ubi verbum diatheticum est transitivum, cum tunc infinitivus actionis secundariae accusativo addatur, eiusque tantum rei ratio habeatur, utrum actio illa in substantiam subiectam referatur an aliorsum transferatur. Sic enim dicit Homerus B, 133:

οἵ με μέγα πλάζουσι καὶ οὐκ εἰῶσ' ἐθέλοντα Ἰλίου »ἐκπέρσαι« εὐναιόμενον πτολίεθρον. Contra Ω, 591; κὰδ δ' ἔλιπον δύο φάρε'

cet. ὄφρα νέκυν πυκάσας δώῃ οἰκόνδε »φέρεσθαι«. Paulo aliter res sese habet, si substantia disposita in sententia primaria iam in alio casu invenitur. Tunc enim plerumque linguae sufficit, dummodone ambiguitas existere possit, infinitivum solum adiicere auditorique commitere, ut accusativum subiecti subaudiat. Cf. Λ, 784: Πηλεὺς μὲν ᾧ παιδὶ γέρων ἐπέτελλ' Ἀχιλῆϊ αἰὲν ἀριστεύειν. Attamen etiam hic occasione oblata non intermittitur, rationem legibus huius structurae postulatam indicare, quod statim continuatio exempli modo allati docet, ubi poeta verbis αἰὲν ἀριστεύειν addit: καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. Cf. etiam Z, 209; A, 541; Σ, 100 (ἐμεῖο δὲ δῆσεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι.) α, 90; κ, 154. Nec contra hanc legem exempla proferri possunt, ut M, 411: ἀργαλέον δέ μοί ἐστι καὶ ἰφθίμῳ περ ἐόντι, μούνῳ ῥηξαμένῳ θέσθαι παρὰ νηυσὶ κέλευθον; nam hic verba μούνῳ ῥηξαμένῳ non exprimunt definitionem Sarpedonis tanquam subiecti ad infinitivum supplendi, sed appositionem dativi μοι. Vertendum igitur est; »Mihi uni difficile est, quamvis sim fortis, etiamsi murum ruperim, viam ad naves aperire;« minime vero: »Est mihi uni difficile, quamvis sim fortis, viam ad naves aperire, qui murum rupi«. Atque eadem lege obstricti sunt loci ι, 249: κ, 459. Denique etiam exempla reperiuntur, ubi subiectum, sive ex conexu apparet sive universum est, prorsus non significatum est. Unde, si sententia primaria quoque generalis est, quales sunt φίλον, ἀργαλέον, πόνος, νέμεσίς ἐστι, exempla oriuntur, in quibus secundum leges grammaticas infinitivus vel subiectum est, ut H, 282: ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι. Inest vero in locutione ἀγαθόν sc. ἐστι nihil nisi sententia contracta: »omnes iudicant, bonum esse,« itaque tales sententiae tantum faciem mutarunt, non naturam et rationem.

Ad exempla ipsa si accedimus consentaneum est, nos ea secundum rationem, quam in afferendis exemplis nominativi cum infinitivo secuti sumus, tripartito divisuros esse. Atque primum quidem verba diathetica, quibus veritas actionis accusativo c. inf. significatae, indicatur, tot esse possunt, quot sunt actionis mentis cogitantis. Quae vero ante omnia mentem cogitantem ostendit, est actio dicendi:

μυθέομαι, Φ. 463: αὐδάω, K, 48: εἶπον, Σ, 11; N, 667; quibus etiam adiiciendum ἀείδω, θ, 516—18.

Hac actione fit, ut, quod ipsi non experti sumus, tamen cognoscamus; ut audiamus et videamus, quod re vera et tempore et loco a nobis est remotum.

πυνθάνομαι B, 121; οἶδα, β, 284; ὁράω, N, 101; ἀκούω, Z, 387; Ω, 543; π, 242; σ, 127.

Simulatque mens humana plurium rerum cognitionem sibi

conciliavit, componendo et comparando ad actionem iudicandi transgreditur. Huc igitur pertinent verba sentiendi, affirmandi, expectandi, concludendi.

φρονέω, Γ, 98; φράζομαι, λ, 624; φημί, Β, 248; 350; 783; Γ, 44; α, 33; 190; 194 cet. οἴω, Α, 78; 171; 204; 289; 427; α, 323; β, 198, γ, 28 cet. εἴσκω, Ν, 446; Φ, 332; λ, 364; πέποιθα, Ξ, 56; Ν, 96; νέω, κατανέω, Θ, 246; Ι, 20; ἀνανέω, Π, 252; ἀπειλέω, θ, 383; ὄμνυμι, Τ, 129; 109; ὑφίστημι, Β, 288; μένω, Δ, 277; δέχομαι, ι, 514.

Cognitionem rei cuiusdam affectus comitatur et sic ordinem verborum huc pertinentium concludunt verba:

θαυμάζω, Ε, 602; ἄγαμαι, ε, 129; φ, 212; νεμεσίζομαι, Β, 297; Ρ, 255; νεμεσάομαι, Ο, 116; α, 120; φθονέω, α, 347; σ, 16; μισέω, Ρ, 272; σέβας ἱκνεῖται, Σ, 179.

Veritas actionis accusativo c. inf. indicatae in exemplis antecedentibus in iudicio singulari posita erat. Quae si talis est, ut ab omnibus agnoscatur itaque iudicio generali nitatur, exempla existunt, in quibus, — de qua re supra iam dictum est, — infinitivus aut adiectiva neutrius generis aut substantiva abstracta cum copula logica coniuncta sive ea destituta sequitur. Atque primum quidem accusativus c. inf. ab adiectivis pendet his:

ἀγαθόν, γ, 196: ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖδα καταφθιμένοιο λιπέσθαι ἀνδρὸς cet. Η, 282; 293; Ω, 131; 425; ἄμεινον, α, 377; β, 142; ἄριστα, ν, 156; φίλον, Ν, 227; Α, 107; φίλτερον, Φ, 101; φίλτατον, Ω, 335; φέρτερον, Α, 170; μ, 110; βέλτερον, Ο, 198; 511; λώϊον, Λ, 230; α, 377; κέρδιον, Γ, 42; Ζ, 411; ἄρκιον, Β, 393; Ο, 502: μείλιχον, ο, 374; γλύκιον, Β, 453; Λ, 13; ἡδύ, ω, 436; καλόν, Ι, 615; Ρ, 19; α, 370; κάλλιον, ρ, 584; θ, 549; γενναῖον, Ε, 253; 254; ἐσθλόν, Ω, 301; εὐκλεές, Ρ, 415; κακόν, Σ, 129; α, 392; β, 132; ἐχθρόν, μ, 453; οἴκτιστον, μ, 342; κάκιον, Ι, 602; σ, 174; ῥίγιον, υ, 221; αἰσχρόν, Β, 119; 298; χέρειον, ρ, 176; φ, 262; δεινόν, π, 402; αἰπύ, Ν, 319; χαλεπόν, Φ, 185; δ, 651; κάρτιστον, μ, 120; ἀργαλέον, Μ, 411; Ο, 141; ῥηΐδιον, π, 212.

Paucis locis pro adiectivo adverbium legitur:

χαλεπῶς, Η, 424; σχεδόν, Ν, 268; ἐν δοιῇ, Ι, 230.

Substantiva infinitivus sive cum accusativo subiecti consociatus sive eo destitutus sequitur haec:

λώβη, ω, 433; ἐλεγχείη, φ, 255; ἀνίη, υ. 52; πόνος, Β, 291; ὁσίη, π, 423; χ, 412; κῦδος, ο, 79; κλέος, Θ, 193; χάρις,, Ι, 317; Ρ, 148; θαῦμα, Ε, 725; Κ, 439; ζ, 306; νέμεσις, Γ, 157; υ, 330; ἐλεητύς ρ, 452; αἰδώς, Ρ, 337; γ, 24; φειδώ, Η, 410.

Jam ad alteram si transgredimur exemplorum speciem, in quibus verbum diatheticum significat facultatem, qua actio in substantia a subiecto verbi diathetici diversa excitetur, huc pertinent omnia verba, quae notionem continent efficiendi, ut

actio aliqua oriri possit. Simplicissime illam continent notionem verba:

ποιέω, φ, 258; ἐπεὶ ἄρ σε θεοὶ ποίησαν ἱκέσθαι οἶκον ἐϋκτίμενον καὶ σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν. N, 56; κ, 22; τίθημι, M, 260, Π, 222; Φ, 405; Ψ, 263; α, 91; ω, 374.

Docendo alicui facultatem quandam suppeditare indicant: διδάσκω, α, 385; χ, 422; E, 52; δέδαε, υ, 72.

Notionem efficiendi primariam aliquo modo mutatam significant verba:

δίδωμι, E, 118; Γ, 322; ὀρέγνυμι, E, 261; Π, 834; πόρον, I, 513; κ, 7; 495; ἐπιτίθημι, τ, 257; παρατίθημι, Θ, 189, γ, 260; παρέχω, δ, 89; ξ, 251; παραβάλλω, N, 36; κ, 243; ἐπιβάλλω, ξ, 522; προβάλλω, ε, 331; ἐμβάλλω, Λ, 12; Ξ, 152; ἐκβάλλω, ο, 480; ἵημι, Φ, 120; μ, 442; ἐνίημι, μ, 65; ἐξανίημι, Σ, 472; συνίημι, A, 8; H, 210; ἐπιπροίημι, I, 520; ἐφίημι, A, 518; ξ, 464; 465; προίημι, Γ, 119; I, 442; ἀνίημι, B, 277; δ, 568; πέμπω, A, 443; Ψ, 23; ὀπάζω, Ψ, 151; ν, 68; τρέπω, M, 32; φέρω, N, 515; ἄγω, N, 603; δ, 36; εἰσανάγω, θ, 529; ἀνάγω, ξ, 272; σεύω, Λ, 147; ὠθέω, E, 854; νωμάω, K, 359; θεμόω, ι, 486; 542; μαστίζω, E, 366; ζ, 82; ἵστημι, Δ, 296; προίστημι, Δ, 156; κλίνω, χ, 121; διακοσμέω, B, 477; ἀναρείπομαι, Υ, 234; αἱρέομαι, B, 127: εἴργω, ξ, 411; ἀποικίζω, μ, 135; τεύχω, Σ, 374; η, 92; τίκτω, E, 154; ἀνατέλλω E, 777; τρέφω, X, 421; ἀτιτάλλω, Ξ, 42; ἑτοιμάζω, T, 197; ἐγγυαλίζω, Λ, 193; λείπω, B, 107; καλλείπω, γ, 271; ζεύγνυμι, Υ, 496; δησάσκετο, Ω, 15; φράσσω, ε, 257; καλύπτω, E, 316; τανύω, P, 547; πίτνημι, Φ, 7; ἐξερύω, χ, 476; ἐκτέμνω, N, 391; καταφλέγω, X, 514; ἄχθομαι, ο, 457; νηέω, τ, 64; μιαίνω, Δ, 142; χέω, λ, 76; ῥέζω, X, 305; λέγω, ω, 224; ἐπιχέω, α, 138; δ, 54; φαίνω, μ, 334.

Huc denique etiam pertinent exempla:

Ω, 36: τὸν νῦν οὐκ ἔτλητε, νέκυν περ ἐόντα, σαῶσαι,
ᾗ τ' ἀλόχῳ ἰδέειν καὶ μητέρι καὶ τέκεϊ ᾧ. Non ausi estis illum, quamvis mortuum, servare, qua re uxori, matri, filio facultatem daretis i. e. efficeretis, ut eum viderent.

ν, 34: ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ δόρποιο λιλαίεται, ᾧτε πανῆμαρ | νειὸν ἀν' ἕλκητον βόε οἴνοπε πηκτὸν ἄροτρον· | ἀσπασίως δ' ἄρα τῷ κατέδυ φάος ἠελίοιο | δόρπον ἐποίχεσθαι cet. Sol laetante illo occidens efficit, ut coenam vespertinam adire possit.

ζ, 87: ἔνθ' ἤτοι πλυνοὶ ἦσαν ἐπηετανοὶ πολὺ
δ'ὕδωρ καλὸν ὑπεκπροέει μάλα περ ῥυπόωντα καθῆραι. Magna aquae vis profluens facultatem dedit, purgandi, quamvis oppido maculatum.

Saepe sufficere potest indicare, substantiam quandam existere vel deesse, quare alterius substantiae facultas certa aut data sit aut desideretur. Sic Λ, 340; οὐδέ οἱ ἵπποι ἔγγυς ἔσαν

προφυγεῖν, ea res, quod Agastropho equi desunt, efficit, ut Diomedem effugere non possit. Contra H. 239:

ἀυτὰρ ἐγὼν εὖ οἶδα μάχας τ' ἀνδροκτασίας τε·
οἶδ' ἐπὶ δεξιά, οἶδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν
ἀζαλέην, τό μοι ἐστι ταλαύρινον πολεμίζειν·

conscientia peritiae, quam Hector bello gerendo assecutus erat, facit, ut semper fortiter pugnare se posse dicat. Atque eadem ratione explicandi sunt loci: Z, 227; I, 228; 250; N, 775; 814; O, 129; Σ, 508; Υ, 246; 349; α, 262: δ, 215; ι, 249; ξ, 195; 239; ο, 392; ε, 250; = τ, 139; γ, 350; = ξ, 514; = ρ, 350; σ, 371; χ, 106; 116; 25.

Similia sunt exempla Ξ, 313; et Ψ, 157; — Ξ, 313: Ἥρη, κεῖσε μὲν ἔστι καὶ ὕστερον ὁρμηθῆναι· Jupiter satis habet facultatem Junonis ad Oceanum se conferendi indicasse per ἔστι. Ratio, ait, et condicio, quae intercedit inter te, Juno, et illud iter, alio quoque tempore existit eadem atque nunc. Cum enim impedimenta nulla sint, quae, quominus illuc eas, prohibere possint, sequitur, ut facultas haec quovis tempore data sit. Atque prorsus eadem est ratio in altero exemplo; Ψ, 157; γόοιο μὲν ἔστι καὶ ἆσαι. Nunc quidem, Agamemno, ait Achilles, luctum et maerorem abstergens populum ab rogo amitte et epulas parari iube; nam illa, quominus saties, postea non erit, quod impediat.

Vice versa si ea ex re, quod actio quaedam talem se exhibet, quae de certa substantia sive de substantia aliqua certis sub condicionibus cogitari non possit, non concludi nequit, eam effici non posse, poeta satis habet, cogitationem, qua substantia praedicato illo praedita fiat, negasse. Itaque Homerus M, 327 sententiam expressurus, neminem unquam mortalium Parcas effugere posse, tantum dicit: (κῆρας) οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ' ὑπαλύξαι, i. e. ratio nulla existit, qua hominis praedicato illo ornati cogitentur. Huc etiam referas: N, 325; M, 65; 337; O, 556; Π, 61; Ω, 489; X, 127; 213; Φ, 193; 565; π, 447; β, 130; ε, 414; ι, 411: κ, 171; ρ, 286; τ, 555; χ, 25; 460.

Facultas quaedam etiam in substantia aliqua inesse potest, ita tamen, ut a condicione alterius substantiae pendeat, utrum in effectum transire possit an retineatur. Illud significant verba: ἐάω, B, 133; 237; 346; 833; E, 33; 256; δ, 118; 806; μεθίημι, P, 419; προθέω, A, 191; περιδίδομαι, ω, 79; εἴξατε, Ω, 716.

Facultatem retineri vel opprimi indicant verba: πεδάω, γ, 269; σ, 156; X, 5; ἔχω, P, 182; ω, 244; ἐρητύω, I, 463; N, 280; προέργω, Λ, 569; παύω, Λ, 442; ἀποπαύω, μ, 126; σ, 114.

Quemadmodum homo voluntate facultatem quandam sibi

ipsi vindicat, ita voluntatem suam in alteram quoque substantiam transferre potest. Itaque pervenimus ad exempla, in quibus accusativus c. inf. sequitur verba, quae facultatem subiectivam, ut ita dicam, indicant. Quae cum supra iam in ordinem certum redegerimus, hic sufficiat, ut ordinem illum sequentes exempla proferamus.

Atque primum quidem hanc diathesin continent verba volendi: ἐθέλω, A, 134; M, 70; N, 349; Ω, 660: π, 319; βούλομαι, π, 388; ρ, 187; A, 117.

Sequuntur verba sperandi et timendi: ἔλπω et ἔλπομαι, I, 41; N, 9; 310; Ξ, 68; β, 275; γ, 375; ἀελπτέω, H, 310; ἐλπωρή β, 280; ζ, 314; η, 76; ψ, 287; δείδια, Ξ, 343; χ, 40; δέος, M, 246; ε, 347; θ, 563.

Ordinem concludunt verba optandi, cupiendi cet.

λιλαίομαι, α, 15; Γ, 399; ἔλδομαι, υ, 35; λίσσομαι, A, 174; 283; Δ, 379; ι, 225; 227; μ, 53; εὔχομαι, Σ, 75; Ξ, 485; ο, 354; φ, 211; ξ, 224; ἀράομαι, N, 819: I, 240; 571; Ψ, 146; δ, 827; σ, 176; τ, 533; γουνάζομαι, O, 666; γουνοῦμαι, κ, 523; λ, 31; χεῖρας ἀείρω, H, 131; εὐφημέω, A, 23; 377; λιτανεύω, Ψ, 197; αἰτέω, γ 173; δέω, Σ, 100; περικεῖται, I, 322; ἀσπαστὸν εἴδεται, η, 343; θ, 295; μέλει μοι, π, 455; δ, 416; ἁνδάνει, δ, 507; ξ, 525.

Huc etiam pertinent pauca illa exempla, in quibus accusativus c. inf. optatum continens verbo diathetico destitutus est, cum hoc ex allocutione antecedenti facile subaudiatur: B, 413; Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων, | μὴ πρὶν επ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν cet. H, 179; Γ, 285; ρ, 354.

Voluntas personae alicuius vero etiam necessitatem quandam includere potest, qua persona altera ad suscipiendam rem certam incitetur; itaque aditus aperitur ad tertiam, quam contemplaturi sumus, exemplorum accusativi c. inf. speciem.

ὄρνυμι, P, 273; M, 142; N, 794; P, 273; Ψ, 210; ψ, 222; ἐπόρνυμι, H, 42; B, 452; ἐποτρύνω, Y, 171; α, 91; ὀτρύνω, E, 520; Δ, 294; 414; K, 55; ω, 117; χ, 483; ἐπιπνέω, τ, 139; ἐπιτρέπω, E, 751; Θ, 395; K, 116; ἐπιτέλλω, Λ, 784; Z, 209; Ω, 781; γ, 268; λ, 525; ἐπιφράζω, K, 127; θ, 68; πείθω, π, 192; X, 223; Ψ, 41; παραπείθω, χ, 214; παράφημι, A, 578; παραπαφίσκω Ξ, 360; ξ, 489; παραυδάω, σ, 179; παραμυθέομαι, I, 418; 685; O, 46; νέω, I, 621; ἀνανέω, ι, 469; ἄπειπον, α, 374; εἶπον, Z, 115; N, 667; Ω, 113; α, 39; γ, 428; δ, 683; λιγαίνω Λ, 686; ἀγγέλλω, Θ, 519; π, 350; ἄγγελος ἔρχομαι Λ, 715; Σ, 167; Ω, 146; 195; καλέω, Γ, 390; 252; K, 197; O, 55; κέλομαι, A, 74; 134; Γ, 89; 91; 434; E, 810; δ, 813; κελεύω, B, 11; 28; 65; 115; 443; ε, 384; η, 49; 262; ι, 178; ὁμοκλέω, Π, 714; ω, 174; καταλέγω, υ, 334; προκαλίζομαι Γ, 20; Δ, 390; προκαλέω, Γ, 433; H, 49; ἄνωγα, B, 280; Δ, 302; E, 805; 899; I, 578; ι, 331; ἐπινήθω, Ω, 211; ἐπικλώθω Ω, 526; α, 17.

Necessitatem non in voluntate personae sed in rebus positam esse indicant verba:

δεῖ, I, 337; χρή, B, 24; 61; α, 297; β, 570; παρακεῖται, χ, 65; νῦν ὑμῖν παρακεῖται μάχεσθαι ἢ φεύγειν. ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς, K, 174; νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς (ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος) ἠὲ βιῶναι. χρειώ, Λ, 410; Σ, 407; Ψ, 308; δ, 635; 708; ο, 201; ἀνάγκη, Υ, 252; E, 634.

Si duae substantiae ita inter sese relatae cogitantur, ut ex condicione alterius actio certa in altera necessario efficiatur, sufficit existentiam alterius expressisse, qua re necessitas actionis substantiae ad illam relatae indicetur. Sic Ω, 663; ait Priamus:

εἰ μὲν δή μ' ἐθέλεις τελέσαι ταφον Ἕκτορι δίῳ, | ὧδέ κέ μοι ῥέζων, Ἀχιλεῦ, κεχαρισμένα θείης· | οἶσθα γὰρ ὡς κατὰ ἄστυ ἐέλμεθα, »τηλόθι δ'ὕλη | ἀξέμεν ἐξ ὄρεος« · cet. Silva procul sita est, ligno vero ad sepeliendum Hectorem nobis opus est, ergo necessario sequitur, ut id procul hinc nos afferamus. Sententia correpta τηλόθι δ' ὕλη ἀξέμεν ἐξ ὄρεος aptissime ad statum Priami accommodata est. —

Pari ratione temporis condicio vim includit necessitatis λ, 331:

ἀλλὰ καὶ ὥρη, εὕδειν, ἢ ἐπὶ νῆα θοὴν ἐλθόντ' ἐς ἑταίρους cet. φ, 428: νῦν δ' ὥρη καὶ δόρπον Ἀχαιοῖσι τετυκέσθαι·

Quibus cum locis comparandus v. N, 98: νῦν δὴ εἴδεται ἦμαρ ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι· Nunc profecto dies adesse videtur, quo fieri non potest, quin a Troianis devincamini.

Ex divina potentia necessitas derivatur per εἵμαρται, ω, 34; Φ, 281; ε, 312; πέπρωται, Σ, 329; μόρσιμον, E, 675; T, 417; Υ, 302; αἴσιμον, I, 246; O, 274; Φ, 291; 495; ο, 240; θέσφατον, δ, 562; κ, 473; μοῖρα, Π, 434; P, 421; H, 52; Ψ, 81; O, 118; δ, 475; ε, 41; αἶσα, Π, 708; Ω, 223; ε, 113; 207; 289; θ, 511; ν, 307: μόρος, T, 421.

Denique necessitas actionis efficiendae ex potentia homini insita deducenda est, id quod exprimunt verba:

ἔοικε et ἐπέοικε, B, 190; 234; Δ, 342; K, 147; ἐπιεικές, T, 22: Ψ, 50; β, 207; ἀεικές, O, 497; T, 124; ἄξιον, N, 447; θέμις, Ξ, 386; Ψ, 44; κ, 73; ξ, 57; π, 91.

Antequam accusativum c. inf. relinquam, fieri non potest, quin rei rationem reddam, quam hucusque silentio praetermisi. Inveniuntur enim iam apud Homerum exempla pauca in quibus, quamquam subiectum actionis infinitivo indicatae non mutatur, tamen accusativus ad infinitivum adiectus est:

N, 269; οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐμέ φημι λελασμένον ἔμμεναι ἀλκῆς. Υ, 361; H, 198; θ, 221.

Grammatici dicunt, accusativum ideo esse probandum, quod subiectum sensus causa his locis aut magna cum vi fuit effe-

rendum aut, ne ambiguitas existeret, repetendum. Equidem puto, rationem fere eandem esse, quam in ceteris accusativi c. inf. exemplis, cum re vera subiectum actionis infinitivi illis in locis non prorsus sit idem, quod in verbo diathetico. Opponitur enim, quod natura locorum postulat, homo cogitans tam acriter homini naturali sive agenti, ut hoc discrimen indicare poeta praetermittere non potuerit. Itaque mihi quidem accusativus cum infinitivo illis locis tantum ex accuratiore hominis contemplatione fluxisse videtur.

De infinitivo pro verbo finito.

Omnes, qui huc pertinent, infinitivi vim habent imperativam, quatenus per imperativum non solum iussa sed etiam adhortationes et monitus exprimuntur. Extant autem non nisi in allocutionibus aut directis aut verbis ipsis enarratis et omnes eiusmodi sunt, ut eorum sensus sive ex condicione loquentis sive ex conexu sententiarum, nulla explicatione artificiosa adhibita, non intellegi non queat.

Ac primum quidem ea consideranda sunt exempla, in quibus modo pronuntiatione aut allocutione efficitur, ut is ad quem verba fiunt, imperativam eorum vim percipiat. Quod quomodo fieri potuerit, liberi loqui discentes satis superque docent, quippe qui cum optata sua et proposita infinitivo exprimant, tum etiam ad referendum, quae iis obvia facta sunt, eo utantur. Per se intellegitur, infinitivum talem tantum pro imperativo alterius personae usurpari posse, cum non nisi allocutione fieri possit, ut vis eius cognoscatur. Per se porro elucet, infinitivum hunc subiectum, si hoc exprimitur, vel attributum subiecti tantum in casu nominativo adsciscere posse, cum in hac constructione nil nisi nominativus c. inf. correptus insit, cuius notio diathetica per allocutionem intellegitur. Facultas vero actionis, infinitivo quae indicatur, efficiendae non per personam, quae imperat, in alteram transfertur sed iam in hac inest, et allocutione nihil efficitur, nisi ut facultas actionis efficiendae in actionem ipsam abeat. Huc igitur referenda sunt exempla ut

E, 124: ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Θαρσῶν νῦν, Διόμηδες, ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι.
O, 347: Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσι ἐπέκλετο μακρὸν ἀύσας
Νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι, ἐᾶν δ'ἔναρα βροτόεντα.

K, 65: Ξ, 501; I, 369; 252; Π, 839; P, 501; 692; T, 147; Υ, 335; 338; Φ, 501; 535; X, 259; Ψ, 83; 247; 605; Ω, 592; ι, 504; ε, 30; λ, 441; ο, 543; χ, 288.

Alia est ratio, ubi vis infinitivi ex conexu apparet atque hanc contemplari praecipue eam ob causam delectat, quod per eam quasi in fabricam mentis linguam perficientis inspicere et mentem ipsam tantum non operantem adspicere possimus. Nam in exemplis huc pertinentibus infinitivus tanquam pars materiae etiam offertur, qua utens mens varios cogitandi modos indicat, cum omnia eiusmodi sint, ut significatio modi, qua infinitivi ipsi destituti sunt, sive verbo antecedenti finito significetur, sive ex sententia ultro intellegatur. Illud simplicissimo et apud Homerum usitatissimo modo fit, si vis imperativi depromitur ex imperativo ipso, qui antegreditur. Cum enim desiderio mentis modum actionis indicandi satisfactum esset, ea re, quod hic in antecedentibus significatus erat, praecipue in oratione alacriore superfluum visum est, imperativo alio sequente, eandem definitionem repetere, itaque sola actionis infinitae notione addita, exempla extiterunt, ut Γ, 458:

ὑμεῖς δ' Ἀργείην Ἑλένην καὶ κτήμαθ' ἅμ' αὐτῇ
ἔκδοτε καὶ τιμὴν ἀποτινέμεν, ἥντιν' ἔοικεν.

Z, 274: τὸν θὲς Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠύκόμοιο
καὶ οἱ ὑποσχέσθαι δυοκαίδεκα βοῦς ἐνι νηῷ cet.

Δ, 72: Αἶψα μάλ' ἐς στρατὸν ἐλθὲ μετὰ Τρῶας cet.
πειρᾶν δ' ὥς κε Τρῶες — ἄρξωσι — δηλήσασθαι.

A, 323; B, 10; 75; Δ, 42; E, 606; H, 50; 461; I, 256, 708; K, 238; E, 262 seqq.; Ψ, 334 seqq.; α, 291 seqq.; ζ, 295 seqq.; κ, 507 seqq. cet.

Vis adhortationis et monitus vero, quae in imperativo inest, etiam alio verbi modo significatur atque hac ratione sequitur, ut infinitivus etiam, vices indicativi, coniunctivi, optativi subire videatur vel potius, ut definitiones illorum modorum ad infinitivum suppleri possint. Quibus in structuris id tantum commemorandum est, si forte personae mutantur, earum significationes per pronomina personalia ad infinitivum adiici, neque unquam obliviscendum, naturam infinitivi nullo modo mutari.

Atque huius rei exemplum planissimum praebet K, 237, ubi infinitivus duobus modis inter sese coordinatis inclusus est: Τυδείδη Διόμηδες, ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ, | τὸν μὲν δὴ ἕταρόν γ' »αἱρήσεαι«, ὅν κ' ἐθέλῃσθα | φαινομένων τὸν ἄριστον, ἐπεὶ μεμάασί γε πολλοί. | μηδὲ σύγ' αἰδόμενος σῇσι φρεσὶ τὸν μὲν ἀρείω | »καλλείπειν«, σὺ δὲ χείρον' »ὀπάσσεαι« αἰδοῖ εἴκων, | ἐς γενεὴν ὁρόων. — Cum quo loco conferas ω, 506—507; χ, 174.

Ex optativo antecedenti modus actionis infinitivo indicatae intellegitur, μ, 106:

μὴ σύγε κεῖθι τύχοις, ὅτε ῥοιβδήσειεν·
ἀλλὰ μάλα Σκύλλης σκοπέλῳ πεπλημένος ὦκα
νῆα παρὲξ ἐλάαν·

Coniunctivus adhortativus definitionem modi infinitivo suppeditat Δ, 62:

ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦθ' ὑποείξομεν ἀλλήλοισιν,
σοὶ μὲν ἐγώ, σὺ δ' ἐμοί· ἐπὶ δ' ἕψονται θεοὶ ἄλλοι
ἀθάνατοι. σὺ δὲ θᾶσσον Ἀθηναίῃ ἐπιτεῖλαι cet.

Atque rem modo expositam: infinitivum pro verbo finito ea tantum condicione positum esse, ut modi significatio ex conexu necessario subaudiretur, carmina Homerica ipsa firmissimo probant argumento, cum haud raro infinitivum in apodosi sententiarum condicionalium adhibent. Ratio vero, quae inter membra sententiae condicionalis intercedit, talis est, ut ex condicione protasis apodosis ultro sequatur itaque etiam ex natura verbi finiti sententiae condicionalis, quale esse debeat verbum apodosis, suspensum sit. Etiam hic illius tantum rei mentio faciunda est, personam, si mutatur, pronomine personali ad infinitivum adpositi, significari. Id genus exempla sunt A, 580 seqq.:

εἴπερ γάρ κ' ἐθέλῃσιν Ὀλύμπιος ἀστεροπητὴς
ἐξ ἑδέων στυφελίξαι· — ὁ γὰρ πολὺ φέρτατός ἐστιν· —
ἀλλὰ σὺ τόνγ' ἐπέεσσι καθάπτεσθαι μαλακοῖσιν·

Δ, 53: ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλταταί εἰσι πόληες —
τὰς διαπέρσαι, ὅτ' ἄν τοι ἀπέχθωνται περὶ κῆρι.

I, 279; K, 347; Ψ, 551; ρ, 83; λ, 121; 132.

De infinitivo, qui sequitur particulam πρίν Homericam.

Actio unaquaeque sive in tempus personae loquentis cadit sive huic tempori antecedit vel sequitur, diversis verbi temporibus pronuntiatur. Haec autem definitio propter naturam et relativam et generalem personae dicenti ad significandum tempus actionis cuiusdam saepe non sufficit, cum actionis praesentis fines nulli, praeteritae autem et futurae tantum a parte ad personam loquentem adversa, non vero ab aversa indicentur. Qui termini accuratius ut constituerentur, si efflagitabatur, mens cogitans triplici ratione hanc quaestionem expedivit, cum aut adverbiis certum actionis tempus significavit aut adhibitis praepositionibus sive coniunctionibus huic rei succurrit. Atque huc etiam consociatio πρίν particulae cum infinitivo referenda est[17]).

[17]) Particula πρίν Homerica, quamquam diversissimo modo usurpatur, tamen accuratius si totam eius condicionem contemplamur, clare ostendit, omnes eius usus partes ex eodem fonte redundasse.

Πρίν cum infinitivo nihil aliud exprimit, nisi accuratiorem actionis primariae definitionem temporalem ita, ut generalis

---

Nam in hac particula — id quod cum apud Graecos tum apud Latinos saepe cognosci potest — dilucidissime apparet: et praepositiones et coniunctiones ad nullam aliam originem esse referendas nisi ad adverbia, ea videlicet, quae rationem exprimunt, qua res duae ad sese referuntur, sive haec ratio per locum et tempus efficitur, sive altera res alterius condicio vel causa cogitatur. —

Πρίν particulam, utut de eius etymologia iudicamus, adverbium temporale esse gradus comparativi, oppositum adverbio νῦν, et eius significationem prorsus Latinorum »prius« respondere, multa exempla demonstrant. Cf. B, 111:

Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ,
σχέτλιος, ὃς »πρὶν« μέν μοι ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν,
Ἴλιον ἐκπέρσαντ᾽ εὐτείχεον ἀπονέεσθαι,
»νῦν« δὲ κακὴν ἀπάτην βουλεύσατο cet. ε, 335; ϑ, 155.

In talibus igitur sententiis poetae suffecit temporis rationem ita indicasse, ut hoc per adverbium πρίν tempori praesenti opponeret, nullam vero eius rei rationem haberet, ubinam terminus temporis per illud adverbium significati alter esset. Quod si accuratius circumscribendum erat, postulabatur, ut praeter tempus personae loquentis id quoque adderetur, quo terminus spatii intermissi alter constitueretur. Quod proxime fieri potuit aut certa temporis notione addita per substantivum (πρὶν ὥρας, πρὶν φάους) aut actione alia tanquam termino significata per infinitivum, (πρὶν ἐλθεῖν). Sic igitur adverbium πρὶν transiit in praepositionem. Sed haec particulae vis non in universum agnita, certa potius provincia ei assignata est, cuius fines apud Homerum nunquam, apud scriptores posterioris aetatis perraro tantum excessit, dico consociationem cum infinitivo.

Praeterea autem, si temporis per πρίν indicati finis uterque actione exprimebatur, hoc etiam ita fieri potuit, ut duae illae actiones per singulas sententias significarentur. Atque primum quidem sententiae hae simpliciter adnexae sunt, cum auditori committeretur, ut rationem, quae inter utramque intercedebat, positione paratactica cognosceret. Id genus exempla sunt: A, 29; τὴν δ᾽ ἐγὼ οὐ λύσω· πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ cet. Nam legendum esse λύσω· πρίν . . . ita ut fortis interpunctio post λύσω ponatur, quod iam Matthiaeus gr. gr. p. 522 C. recte suspicatus est, duo alii loci docent, qui cum illo comparandi sunt Σ, 283:

οὐδέ ποτ᾽ ἐκπέρσει· πρίν μιν κύνες ἀργοὶ ἔδονται· qui versus lectione ἐκπέρσει, πρίν cet. retenta sensum plane perversum praebet et Ω, 727: οὐδέ μιν οἴω ἥβην ἵξεσθαι· πρὶν γὰρ πόλις ἥδε κατ᾽ ἄκρης πέρσεται· ubi particula γάρ demonstrat, sententiam πρὶν γὰρ . . .

temporis ratio ad actionem infinitivo significatam referatur. Atque primum quidem exempla consideranda sunt, in quibus in eadem sententia iam antegreditur adverbium πρίν. In his enim quasi transitum adverbii πρίν in praepositionem ante oculos habemus, exortum inde, quod, qui loquebatur, definitionem temporis accuratiorem desideravit, quam quae adverbio exprimi potuerit. Cuius rei argumentum et exemplum planissimum praebet I, 401 seqq.

οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον οὐδ' ὅσα φασὶν
Ἴλιον ἐκτῆσθαι, εὐναιόμενον πτολίεθρον,
τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν.

Postquam primo poeta tempus, quo divitiae de Troia praedicantur, in universum tantum indicavit per τὸπρίν statim id arctius definiturus addit πρίν ἐλθεῖν, ita ut his verbis tempus generale adverbii πρίν arctioribus finibus describatur. Quod exemplum repetitur X, 155; cf. etiam B, 348; Θ, 453; τ, 587.

In his exemplis sententia, in qua infinitivus occurrit, est affirmativa. Jam mutatur ratio structurae, etsi origo eadem putanda est, si πρίν cum infinitivo apparet, sententia negativa praecedente. Sane etiam hic nihil significatur nisi temporis actionis primariae definitio, attamen magnum est discrimen, quod inter utramque definitionem intercedit.* Ubi enim sententia primaria est affirmativa, tantum exprimitur, actionem quandam prius factam esse, vel fieri vel factum iri, quam alteram infinitivo indicatam i. e. actionem primariam habere

---

ab antecedenti pendere non posse. Atque eadem lege obstrictum esse versum ν, 427: ἀλλὰ τάγ' οὐκ οἴω· πρὶν καί τινα γαῖα καθέξει· cum iam ex conexu elucet, tum tempora diversa in utraque sententia probant.

Paulatim vero fieri non potuit, quin mens cogitans, quae sententiae necessarium inter se habebant conexum, coniungeret itaque consociationem externam per parataxin effectam syntaxi in internam mutaret. Atque hinc oriunda est »coniunctio« πρίν.

In aperto est, praepositionom πρίν tanto prius enatam esse, quanto sententia simplex cum omnibus definitionibus exculta sententiam compositam antecesserit. Nam adhibita πρίν praepositione simplex sententia retinetur et per πρίν cum infinitivo tantum definitio verbi finiti additur; contra coniunctione πρίν usurpata sententia composita existit, cuius membra non nisi alterum in alterum relata cogitari possunt. Hanc vero opinionem etiam numerus exemplorum confirmat, in quibus alterautra particula apud Homerum invenitur. Nam cum πρίν praepositio cum infinitivo coniuncta persaepe occurrit, coniunctio in Iliade et Odyssea septem tantum exemplis probatur.

terminum, qui eam includat. Contra ubi sententia primaria est negativa, pari modo quidem dicitur, actionem alteram alteri antecedere, sed iam res haec in contrarium vertitur. Illic actio primaria antecedit actioni infinitivi, hic actio infinitivi primariae praegreditur, et primaria, si omnino sequitur, ea tantum condicione sequitur, ut actio infinitivo indicata effecta sit. Quae res, quamquam fortasse levis esse momenti videtur, tamen haud scio an viam demonstret, qua transitus constructionis huius in structuram πρίν particulae cum modis finitis cogitandus sit. De qua re cf. adn. 19.

Exempla, quae sententiam primariam habent negativam sunt haec: A, 97:

οὐδ' ὅγε πρὶν Δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἀπώσει,
πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι ἑλικώπιδα κούρην·

B, 355; 413; Δ, 115; E, 220; 289; H, 481; Θ, 474; I, 652; Ξ, 47; O, 74; Π, 841; Σ, 334; T, 170; Φ, 225; 295; β, 128; δ, 255; 747; κ, 385; ι, 65; ν, 193; ς, 289; τ, 475; ψ, 138.

In omnibus exemplis et affirmativis et negativis, quae adhuc protuli, praeter πρίν praepositionem etiam πρίν adverbium legitur, nisi quod nonnullis locis eius locum adverbium, idem significans, πάρος, πρόσθεν, πρότερον tenet. Hinc vero pleonasmus ortus est, qui postquam usus particulae πρίν tanquam praepositionis evaluit, magis magisque removendus fuit. Neminem nimirum fugere potest, in exemplis qualia sunt Θ, 453; B, 348; τ, 587 adverbium πρίν fere prorsus esse supervacaneum, cum sensus idem existat, sive legimus

σφῶϊν δὲ »πρίν« περ τρόμος ἔλλαβε φαίδιμα γυῖα,
πρὶν πόλεμόν τ' ἰδέειν πολέμοιό τε μέρμερα ἔργα.

sive

σφῶϊν δὲ . . . . . τρόμος ἔλλαβε φαίδιμα γυῖα .
πρὶν πόλεμόν τ' ἰδέειν πολέμοιό τε μέρμερα ἔργα.

Hanc ob causam praecipue talibus in sententiis, in quibus sententia primaria erat affirmativa, priori πρίν prorsus omisso, simplex πρίν cum infinitivo positum est atque ita prodierunt exempla, ut N, 172:

ναῖε δὲ Πήδαιον πρὶν ἐλθεῖν υἷας 'Αχαιῶν.

Z, 82; 464; O, 588; Π, 322; P, 32; Υ, 198; Φ, 100; X, 17; Ω, 246; α, 210; δ, 668; 823; ε, 207; 301; ζ, 288; η, 83; ϑ, 301; λ, 320; ν, 426; ξ, 229; ο, 30; 210; π, 376; ρ, 597: σ, 402; ω, 430[18]).

---

[18]) Hoc loco apte fieri posse puto, ut ea, quae de particula πάρος Homerica dicenda sunt, interponam. In universum significationem eius eandem esse atque particulae πρίν, multis elucet ex locis, ubi

Paulatim vero fieri non potuit, quin brevior illa dicendi ratio, simplici πρίν particula adhibita, ibi quoque adhiberetur, ubi post sententiam negativam infinitivus cum πρίν consociatus, actionem significat, in qua actio primaria posita est. Huc spectant loci Ψ, 44:

οὐ θέμις ἐστὶ λοετρὰ καρήατος ἆσσον ἱκέσθαι,
πρίν γ' ἐνί Πάτροκλον θέμεναι πυρὶ σῆμά τε χεῦαι.

I, 387; M, 172; Ξ, 19; O, 558; P, 504; T, 313; 423; Υ, 100; 257; Φ, 578; X, 266; Ψ, 45; Ω, 338; β, 375; η, 196; ι, 148; κ, 537; λ, 50; 89; μ, 187; ν, 124; ρ, 105; υ, 181; χ, 64.

Qua in structura discrimen commemorandum est, quod intercedit inter Iliadem et Odysseam et scriptores posterioris aetatis. Videmus enim usum particulae πρίν, quem modo exposuimus, sententiis praecedentibus negativis magis magisque evanuisse eiusque locum πρίν cum modis finitis coniunctum obtinuisse. Quae res iam in Odyssea, si spectamus Iliadem cognosci potest. Nam cum in Iliade inter exempla viginti quattuor, quae πρίν particulam simplicem cum infinitivo praebent, quindecim inveniuntur, in quibus sententia primaria est negativa, in Odyssea inter duodetriginta exempla πρίν cum infinitivo, antecedente sententia negativa, undecies tantum occurrit.

πάρος vel adverbii vel coniunctionis locum tenet. Id tantum commemorandum est, ambitum usus huius particulae multo minorem esse, quam πρίν particulae neque unquam eam nisi cum infinitivo coniunctam inveniri. Nam exemplum illud, quo uno olim demonstrabatur, πάρος cum indicativo futuri coniungi, (Π, 628: οὔτοι νεκροῦ χωρήσουσι· πάρος τινὰ γαῖα καθέξει) interpunctione forti post χωρήσουσι recte posita, nihil aliud ostendit, nisi significationem particulae πάρος cum πρίν particulae significatione congruere, cum eandem sententiam, omnibus praeter πάρος vocibus retentis, ν, 427 sic legamus: πρὶν καί τινα γαῖα καθέξει. Consociationem πάρος particulae vero cum infinitivo si spectamus, omnia exempla, excepto ψ, 309; praebent sententiam primariam affirmativam eademque ratione sunt explicanda, qua exempla explicavimus, in quibus πρίν simplex antecedente sententia affirmativa invenitur. Sic Λ, 571: τὰ δὲ δοῦρα | ἄλλα μὲν ἐν σάκεϊ μεγάλῳ πάγεν ὄρμενα πρόσσω, | πολλὰ δὲ καὶ μεσσηγύ, πάρος χρόα λευκὸν ἐπαυρεῖν, | ἐν γαίῃ ἵσταντο, cet. Quem ad locum accedunt: Z, 348; M, 221; Ξ, 286; O, 316; Σ, 245; Ψ, 764; α, 21; ξ, 331; θ, 376; π, 218.

Particula ὥστε cum infinitivo in carminibus Homericis tantum I, 42 et ρ, 21 invenitur, cum Homerus infinitivo solo in structuris, in quibus postea ὥστε c. inf. adhibebatur, usus sit.

Quod ad legem pertinet, quam secutus poeta subiecto actionis primariae aut retento aut mutato simplicem infinitivum vel accusativum adhibuit, idem est dicendum, quod de subiecto actionis nominativi et accusativi cum infinitivo diximus. Nam non solum subiectum actionis infinitivo significatae deest, ubi idem atque sententiae primariae supplendum est, sed saepe etiam desideratur, si ex membro sententiae primariae aliquo facile subaudiri potest. Quid, quod etiam nonnullis in exemplis ibi omissum est, ubi omnino non in sententia primaria exstat, sed ex antecedentibus in universum est supplendum? Atque primum quidem simplex infinitivus invenitur, cum subiectum actionis primariae et pendentis idem est:

B, 348; H, 480; I, 387; Λ, 573; M, 172; 221; Ξ, 47; O, 316; 556; Π, 841; P, 32; Σ, 245; 334; T, 313; 423; Υ, 100; 197; 257; Φ, 224; 295; 578; X, 17; Ψ, 45; Ω, 245; ε, 301; θ, 301; 376; ι, 148; κ, 384; 537; λ, 50; 89; μ, 187; ς, 402; τ, 475; υ, 181.

Non positum est subiectum, quia ex obiecto sententiae primariae intellegitur: Z, 465; ρ, 597; π, 218; et ubi obiectum ipsum supplendum:

Ω, 338; δ, 823; ν, 426; ο, 30.

Ex dativo sententiae primariae subiectum subauditur:

A, 98; Θ, 452; α, 21; ζ, 331; δ, 668; ε, 207; η, 83; φ, 309.

Semel etiam ex genetivo: Π, 322.

Iam igitur restant loci, in quibus, ne ambiguitas existeret, accusativus cum infinitivo usurpatus est:

B, 412; Δ, 115; E, 220; 298; Z, 82; 348; Θ, 474; I, 403; 652; N, 172; Ξ, 19; 286; O, 74; 588; P, 504; T, 170; Φ, 100; X, 156; Ψ, 764; α, 210; β, 128; 375; δ, 255; 747; ζ, 288; ι, 65; λ, 320; ν, 124; 193; ξ, 229; ο, 210; π, 376; ρ, 105; ς, 289; τ, 587; χ, 64; ψ, 138; ω, 430.

Quibus etiam adiiciendus est locus unus η, 196, ubi, quamquam subiectum non mutatur, tamen accusativus cum infinitivo positus est[19]).

[19]) Finem disputationi imponere non possum, priusquam brevibus etiam usum coniunctionis πρίν Homericae descripsi, quippe qua re consociatio πρίν| cum infinitivo illustretur. In sententiis enim iis, in quibus πρίν cum infinitivo definitionem temporalem actionis primariae exprimit, nulla eius rei ratio habetur, utrum is, qui actionem illam sive terminum sive condicionem actionis primariae ponit, eam re vera effectam esse vel effici vel effectum iri putet, an effectionem tantum cogitando fingat. Neque ulla est causa, cur de effectione actionis illius quidquam praedicetur, si sententia primaria est affirmativa, cum tunc sufficiat terminum infinitivo indicasse neque ullius sit momenti exprimere, actionem

illam re vera esse factam vel eam ita cogitari, ut fieri possit. Atque hinc sequitur, ut nullum apud Homerum extet exemplum, in quo particula πρίν cum modis finitis coniuncta invenitur, praecedente sententia affirmativa. Aliter vero res sese habet, si sententia primaria est negativa. Tunc enim actio verbi primarii nititur actione verbi cum πρίν coniuncti itaque per se intellegitur, magni interesse indicare, quomodo de eius effectione cogitetur. Nihilo minus carmina Homerica, qua sunt indole et natura, etiam hic fere semper obiectivam, ut ita dicam, rationem dicendi praebent, qua auctoritas subiecti fere prorsus opprimatur. Sed fieri non potuit, quin haec tamen paulatim agnosceretur eique, ut iudicium suum proferret, concederetur. Atque huius rei documentum etiam exhibent pauca illa exempla, in quibus πρίν cum modis finitis coniungitur. Si enim subiectum demonstrare voluit, quomodo de effectione actionis condicionem verbi primarii continentis cogitaret, fieri non potuit, ut infinitivus poneretur, quippe quo nihil de effectione actionis praedicari possit, sed necesse erat, particula πρίν cum modis finitis consociaretur.

Iam si singulos spectamus modos, nunquam apud Homerum invenimus πρίν cum indicativo; cuius rei causa haud scio an non difficilis sit cognitu. Nam in eis sententiis, in quibus actio, in qua actio primaria posita est, effecta praedicatur vel enarratur, sicuti Xen. An. 3, 2, 29: οὐ πρόσθεν ἐξενεγκεῖν ἐτόλμησαν πρὸς ἡμᾶς πόλεμον, πρὶν τοὺς στρατηγοὺς ἡμῶν συνέλαβον, haec res satis ex conexu sententiarum apparet, itaque effectionem insuper indicativo exprimere superfluum visum est. Cf. ι, 65; μ, 187; ρ, 105; φ, 309; cet. Sin vero actio illa nondum facta praedicabatur, scriptores posterioris aetatis id spectaverunt, utrum effectio eius ex rerum natura proficiscens an tantum in subiecti sententia posita cogitaretur, i. e. antecedentibus temporibus primariis coniunctivum, historicis optativum adhibuerunt. Sin exempla Homerica contemplamur, in quibus coniunctivus legitur, legi illi quidem conveniunt κ, 175; ρ, 9; ν, 335; Σ, 134.

κ, 175: Ὦ φίλοι, οὐ γάρ πω καταδυσόμεθ', ἀχνύμενοί περ
εἰς Ἀΐδαο δόμους, πρὶν μόρσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ.

Cum vero Σ, 189:

μήτηρ δ' οὔ με φίλη πρίν γ' εἴα θωρήσσεσθαι,
πρίν γ' αὐτὴν ἐλθοῦσαν ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι·

et Ω, 781; non sine explicatione quaesita — insinuata tanquam persona loquenti in personam loquentem — ad hanc legem accommodari possint et praeterea unus tantum locus inveniatur, ubi optativus legitur, videtur esse statuendum, Homerum se ad illam legem nondum adstrinxisse. Fuerunt qui huc etiam referrent β, 375:

ἀλλ' ὄμοσον μὴ μητρὶ φίλῃ τάδε μυθήσασθαι,
πρίν γ' ὅτ' ἂν ἑνδεκάτη τε δυωδεκάτη τε γένηται,
ἢ αὐτὴν ποθέσαι καὶ ἀφορμηθέντος ἀκοῦσαι.

Sed hac in sententia duas structuras confusas esse, ita ut postquam poeta per πρίν γ' »ὅτε« exorsus est, tum hac structura neglecta pergeret, quasi particula πρίν sola sententiam induxisset, colligi potest, si cum hoc loco comparamus δ, 747, ubi particula »ὅτε« omissa, secundum legem, quam fere solam particula πρίν apud Homerum sequitur, legitur:

ἐμεῦ δ' εἵλετο μέγαν ὅρκον
μὴ πρὶν σοὶ ἐρέειν, πρὶν δωδεκάτην γε γενέσθαι
ἤ σ' αὐτὴν ποθέσαι καὶ ἀφορμηθέντος ἀκοῦσαι·

Optativus cum particula πρίν consociatus uno tantum exemplo probatur Φ, 580:

οὐκ' ἔθελεν φεύγειν πρὶν πειρήσαιτ' Ἀχιλῆος·

cum P, 506 verba ἤ κ' αὐτὸς ἐνι πρώτοισιν ἁλοίη et propter optativum et propter particulam κε, quae alias apud πρίν coniunctionem non invenitur, ab antecedenti πρίν pendere non possit.

VITA.

Gustavus Englich, Posnaniensis, natus sum in domo saltuarii, cui nomen est Kowanowko a. d. XIII Calendas Maias a. h. s. XLI patre Ernesto, matre Ludovica e gente Schulz, quibus adhuc viventibus gaudeo iique ut ad tranquillam et beatam senectutem perveniant magnopere opto. Fidei addictus sum evangelicae. Primis literarum elementis in ludo vicano imbutus, anno aetatis quarto decimo progymnasium Rogosniense adii et in sextum discipulorum ordinem receptus sum. Quadriennium ibi versatus gymnasium Posnaniense ad Sanctam Mariam Magdalenam petii, unde triennio post a. h. s. LXII testimonio maturitatis instructus Vratislaviam me contuli, studiis philologicis operam daturus. Civibus academicis adscriptus a Stenzlèro V. Ill., qui tum fasces tenebat, audivi VV. Ill. Bernays, Braniss, Elvenich, Haase, Hertz, Junkmann, Luebbert, Neumann, Rossbach, Rueckert, Stenzler; Cauer, Freymond, Fritz, Karow, Pfeiffer, quibus omnibus optime de me meritis gratias quam maximas et ago et semper habebo. Postquam per tria semestria proseminario philologico, quod Hertz et Luebbert VV. Ill. moderabantur, magna cum utilitate mea interfui, sexto semestri Haasii et Rossbachii VV. Ill. benignitate mihi contigit, ut in seminarium philologicum reciperer, cuius per quattuor semestria sodalis fui ordinarius. — Praeterea etiam societati archaeologicae, duce Rossbachio V. Ill. florenti et societati latinae interfui nec non exercitationum dialecticarum, quibus praeest Elvenich V. Ill., participem me reddidi.